

L i t e r a t u r.

1. Kehr, Technik der Gallensteinoperationen. 1905.
2. Derselbe, Die chirurg. Behandlung d. Gallensteinkrankheit. Deutsche Klinik. 1901.
3. Körte, Chirurgie der Gallenwege und der Leber. 1905.
4. Derselbe, Ueber die Indicationen zur chir. Behandlung der Cholelithiasis und Cholecystitis. Deutsche med. Wochenschr. 1903. No. 15.
5. Mayo Robson, Diseases of the Gall Bladder and Bile-Ducts. 1900.
6. Riedel, Die Pathogenese, Diagnose und Behandlung d. Gallensteinleidens. 1903.
7. Lorenz, Ueber den Werth der Mobilisirung des Duodenums bei Operationen wegen Steinen i. d. tiefen Gallenwegen. Deutsche Zeitschr. f. Chir. 79. Bd. 4.—6. Heft.
8. Kocher, Beitrag zur Chirurgie d. Gallenwege. Deutsche med. Wochenschr. 1890. No. 13—16.
9. Derselbe, Mannskopfgrosses Empyem d. Gallenblase. Correspondenzblatt f. Schweizer Aerzte. 1878.
10. Derselbe, Cholelithothripsy bei Choledochusverschluss. Ebendas. 1890.
11. Derselbe, Ein Fall von Choledocho-Duodenostomia interna. Ebendas. 1895. No. 7.
12. Derselbe, Operationslehre. IV. Aufl.
13. Mohr, Ueber Recidive nach Operationen an d. Gallenwegen. Sammlung klin. Vorträge (Volkmann). No. 309.

MONUMENTA  
GERMANIAE

in: Archiv für klinische Chirurgie 81, 1 (1906),  
S. 735-786

a 149899

XXV.

Eine bisher unveröffentlichte lateinische Version der Chirurgie der Pantegni nach einer Handschrift der Königl. Bibliothek zu Berlin.

Von

J. Pagel.

Das nachfolgende Document, das hier meines Wissens zum ersten Male veröffentlicht wird, verdient, wenn man der Autorität Valentin Rose's folgen darf, literarhistorische Beachtung. Seine Kenntniss verdanke ich der Durchsicht des gedruckten Verzeichnisses der lateinischen Handschriften der Königl. Bibliothek zu Berlin, das endlich mit der 3. Abtheilung des 2. Theils von Band XIII 1905 zum Abschluss gelangt resp. veröffentlicht worden ist. Beiläufig bemerkt ist diese Publication deshalb so wichtig, weil sie nunmehr auch für die Berliner medicinisch-lateinischen Handschriften den so überaus wünschenswerthen, bequemen und zuverlässigen, für die Geschichtsforschung so unentbehrlichen Einblick gestattet, zumal da der Herausgeber, der erwähnte, um die Kenntniss der mittelalterlich-lateinischen Medicin hochverdiente, jetzt emeritirte Director der Handschriften-Abtheilung, Herr Valentin Rose, sich nicht mit einer blossen trockenen Aufzählung und Katalogisirung des Materials begnügt, sondern seinen bezüglichen Beschreibungen ausführliche Inhaltsangaben, Erläuterungen und comparativ-kritische Analysen hinzugefügt hat, so dass die Mittheilungen über die im Ganzen vorhandenen, in die Abtheilung: „Leben und Gesundheit“ eingereihten 14 Codices (No. 896 bis No. 909) einen Umfang von

X  
219-1

52 Seiten (pp. 1053—1104) in Lexicon-Quartformat einnehmen. Ist auch sonst die Ausbeute für die latinobarbarische Periode nicht allzugross, zumal einige der wichtigeren Codices (No. 901—904, lat. fol. 219, 56, Q. 208 u. 26) mit den Schriften von Mondeville und Johann v. St. Amand, theils von mir selbst, theils in Berliner Doctordissertationen bereits veröffentlicht worden sind, so bleibt trotzdem noch manches übrig, was unsere Aufmerksamkeit auf sich zieht. Zu diesen rechne ich, wohlgemerkt auf die Autorität von Valentin Rose gestützt, den Codex No. 898 (lat. fol. 74). Es handelt sich um eine 345 Blätter umfassende, sauber geschriebene lateinische Version des bekannten *liber regalis* von Ali Abbas (gest. 994), der in dem arabischen Urtext noch nicht gedruckt vorliegt. Nach Rose stammt der Band aus dem XII. Jahrhundert. Von dem *liber regalis* sind bekanntlich zwei lateinische Ausgaben vorhanden, die Uebersetzung durch Stephanus von Antiochien aus dem Jahre 1127 (gedruckt: Venedig 1492 und Lyon 1523) und eine ältere von Constantinus Africanus, die zum Theil in der Ausgabe von dessen *opera* und fälschlich als dessen eigenes Werk (Basel 1536) und dann als Anhang zu der lateinischen Ausgabe der Werke des bekannten jüdisch-arabischen Arztes Isaac Israeli (Lyon 1515) gedruckt ist. In diesem Codex der „Pantegni“, wie ja auch der *liber regalis* von Constantinus Africanus in der Uebersetzung bezeichnet wurde, fesselte mich besonders das IX. von der Chirurgie handelnde Buch nicht nur deshalb, weil ich mich seit Jahren mit der Literaturgeschichte der mittelalterlichen Chirurgie specialiter beschäftige, sondern auch deshalb, weil nach den Angaben Rose's dieser Theil des Codex *thatsächlich* höchst bemerkenswerth ist. Was dieses Document zu einer literarhistorischen Merkwürdigkeit macht, ist die Thatsache, dass es durchaus abweicht von Form und Fassung der bereits gedruckten Versionen. Zunächst liegt nach Rose hier eine ältere, getreuere und vollständigere Uebersetzung vor<sup>1)</sup>, ferner befindet sich hinter Kapitel 45 Fol. 261 A des Codex ein (im Sperrdruck von mir hervorgehobener) Abschnitt (nach Rose ein „Uebergangs-

<sup>1)</sup> Cfr. Handschriftenverzeichniss p. 1061: „in einer (von der gedruckten und auch in die Opera Isaac eingesetzten, offenbar theils zugestutzten, theils gekürzten) etwas verschiedenen Fassung: es liegt hier eben der erste und echte Text des Buches vor“.

kapitel“), aus dem hervorgeht, dass nur der erste Theil bis zum genannten Kapitel von Constantinus Africanus herrührt, während der Rest von einem anderen Autor, einem zum Christenthum bekehrten Araber Johannes, übersetzt worden ist<sup>1)</sup>. Doch hat dieser das letzte Kapitel des ersten Theils nochmals übersetzt, sodass von dem betreffenden Abschnitt jetzt 3 Fassungen vorliegen: diejenige von Constantinus, diejenige von Stephanus und die in dem vorliegenden Codex reproducirt. Was nun die Angaben Rose's wegen der abweichenden Fassung der Berliner Handschrift im Vergleich zu den schon gedruckten anlangt, so habe ich natürlich eine genaue Nachprüfung versucht. Leider konnte ich diese nur mit den Ausgaben des Stephanus, wovon mir die Venediger von 1492 durch die Güte des hiesigen Buchhändlers Herrn Jadassohn von der Firma Martin Boas zur Verfügung gestellt wurde (wofür ich auch an dieser Stelle bestens zu danken habe), und mit dem Text der Baseler Ausgabe des Constantinus Africanus vornehmen, während mir der 2. Band der erwähnten *opera* des Isaac Judaeus leider nicht zur Verfügung stand. Das betreffende Exemplar der hiesigen Kgl. Bibliothek ist seit Monaten trotz wiederholter Reclamation von mir nicht zu erlangen gewesen. Für diesen Theil meiner Aufgabe muss ich also auf Rose's Versicherung verweisen, worin ausdrücklich der Unterschied der Texte hervorgehoben wird. (Vergl. Rose a. a. O. p. 1061ff.) Von den Stephan'schen Ausgaben ist, das kann ich nach den Ergebnissen meiner Nachprüfung bestätigen, der Text der nachfolgenden Handschrift in der Form *toto coelo unterschieden*, sodass er sich förmlich wie ein gänzlich fremdes Product nicht bloss eines anderen Uebersetzers, sondern auch eines anderen Verfassers liest. Verglichen mit dem gedruckten Text des Constantinus Africanus (Basel) zeigt die

<sup>1)</sup> Rose (l. c. p. 1064 Sp. 2) verweist auf Petrus de vir. ill. cap. 35, wo dieser Uebersetzer resp. Fortsetzer der Pantegni Johannes ausdrücklich als Schüler des Constantinus erwähnt wird („obit apud Neapolim, ubi omnes libros Constantini sui magistri reliquit“). Gegen die von Rose im Widerspruch zu der Renzi Coll. Salern. I 174 angenommene Identität mit Johannes Afflaciis, Verf. des „liber aureus“, Sohn des Bella, lässt sich kaum ein Einwand erheben. — Diese Stelle in Cap. 45 resp. die hier gegebene Aufklärung über die Arbeit des Johannes für Sermo IX macht, wie Rose bemerkt, im Verein mit einem an anderer Stelle des Codex befindlichen chronologischen Datum, auf das ich gelegentlich anderweitig zurückkomme, die Berliner Handschrift zu einem Unicum.

nachfolgende Handschrift doch eine erheblich grössere Annäherung. Ja, es ist mir zweifelhaft, ob Rose Recht hat, wenn er für die Berliner Handschrift die grössere Vollständigkeit, Treue und Ursprünglichkeit in Anspruch nimmt. Es befinden sich im 1. Theil der Berliner Handschrift einige wesentliche Lücken und Ausslassungen. Auch ist gerade hier an mehreren Stellen die Fassung kürzer als in dem gedruckten Baseler Text. Aber andererseits zeigt dieser auch wieder so viele Druck- und andere schwerere Fehler, die den Text direct entstellen und unverständlich machen, dass schon aus diesem Grunde der Wiederabdruck des Documents, gleichsam als neue Auflage des Constantinus, gerechtfertigt erscheint, die ich meinen Fachgenossen zugleich als einen kleinen Beitrag zur Anbahnung einer Lösung des, trotz der bemerkenswerthen Publicationen von de Renzi, Puccinotti und Steinschneider immer noch bestehenden, schwierigen Problems betreffend die Leistungen des bedeutendsten Uebersetzers und Vermittlers arabischen Schriftthums biete.

In dem nachfolgenden Text befinden sich auch einige Abbildungen von Instrumenten zur Application des Glüheisens. Dagegen fehlt Fol. 265 A die Abbildung eines Vaginalspeculums, die zugleich mit dem betreffenden Text nach einer Handschrift No. CC der Bibliothek von Monte Casino de Renzi in Bd. I p. 171 seiner Collectio Salernitana reproducirt. Das winzige Textfragment, das de Renzi anführt, stimmt verbotenus mit dem Text unserer Handschrift überein.

Noch sei auf Gurlt's grosse Geschichte der Chirurgie (Berlin 1898, A. Hirschwald. Bd. I. p. 613—618 u. p. 670—672), sowie die dort genannten Quellen verwiesen.

Bezüglich der Orthographie habe ich mich strikte an die Vorlage gehalten. Einzelne unwesentliche Auslassungen sind durch Conjectur ergänzt. Eine deutsche Uebersetzung mit Erläuterungen lasse ich hier aus Raumrücksichten fort und gelegentlich an anderer Stelle folgen.

Pagel.

De nona particula practice secundi libri pantegni habet  
CX capitula.

- Imprimis de manuali operatione et ejus divisione.
- De essentia flebotomie.
- De venarum flebothomandarum et numero earum.
- De incisione arteriarum.
- De curatione tumoris qui dicitur enurusma.
- De incisione arteriarum que sunt post auriculas.
- De extractione arteriarum que sunt in temporibus.
- De operatione manuali in carne quot fit modis (?) imprimis de raxatione.
- De incisione omnium apostematum.
- De glandulis que sunt in capite et in aliis locis.
- De serofulisi.
- De caneris.
- De poris et verrucis et passione que formica dicitur.
- De vulneribus cancerosis que sanari morantur.
- De telorum extractione.
- De aqua et humiditate que in capite est extrahenda.
- De acutis catarris in naribus et oculis ascendentibus unde sentit infirmus ire per frontem quasi formica.
- De incisione frontis per latitudinem alli ex transverso dicunt.
- De elevatione superioris palpebre caput.
- De variolis oculorum.
- De iunctis palpebris.
- De eorundem glandine (sic, l. grandine).
- De verruca in poris oculorum.
- De ungula ipsorum.
- De exitu uvae.
- De catharaetis.
- De celsis.
- De curatione auricule imperforata.
- De lapide aut eujustibet rei in aurem cadentis et extractione.
- De superfluitate carnis nascentis in naribus que dicitur polypum.
- De superflua carne et vulneribus gingivarum.
- De dentium extractione.
- De nodo lingue.
- De faucium tumores (sic).
- De viciis uvule.
- De gutturis apostemate.
- De digitorum superfluitate.
- De superfluis mamillis virorum.
- De extractione aque ydropicorum.
- De tumore umbilici et suo exitu.
- De curatione vulnerum ventris et exitu pinguedinis et intestini.
- De virge foramine facto extra locum.
- De educenda urina per artificium.
- De extrahendo lapide a vesica.
- De curanda hernia aquosa.
- De curatione hernie dure et carnose.
- De varicum curatione.
- De hernia que fit cum descensu intestinorum.
- De crepatione inguinum.
- De cyris testiculorum mollicie.
- De castratione.
- De hermafroditis.
- De vulneribus in vulva natis.
- De mortui fetus extractione.
- De secundine expulsione.
- De emorroidibus.
- De nodo et fissura ani.
- De ano carente fo- 252B ramine.
- De venis que medinis (?) sunt appellatae.
- De incisione corruptarum extremitatum.
- De scabie unguium.
- De fractione sua.
- De incisione capitis ob'diurnam obtaliam anhelitum et elefantiam facta.

De incisione arteriarum temporum.	De fractura coste.
De incensione pilorum qui in palpebris.	De fractura ossis pectinalis.
De incensione angulorum oculorum.	De fracto spondili.
De incensione titillaginum.	De fractura lacertorum.
De incensione facta ex pleuresi vulneris.	De fractura brachiorum.
De incensione epatis.	De fractis cratibus manuum.
De incensione splenis.	De fractis ossibus lacertorum et coxarum.
De incensione stomachi.	De fracta geniculi patella.
De incensione ydropici.	De fracta tibia.
De disputatione que necessaria sunt medico ad fracturas.	De ossium dissoluta colligatione et incipiendum a dissolutione generum.
De fractura tumori et rubori et simi- libus commixta.	De disiunctione furcularum.
De ruptura cranei.	De disiunctione cubiti.
De curatione calidi apostematis ex cirurgia nascentis.	De disiunctione humeri.
De fractura narium.	De disiunctione digitorum.
De fractura generum.	De disiunctione spondilium.
De fractura furcularum.	De coxis disiunctis.
De fractura spatularum.	De geniculis dissolutis.
De fracto pectore.	De calcaneis et digitorum pedis dis- iunctione.

Imprimis de manuali operatione et ejus divisione.

Infirmitates potionē diēta curare docuimus. placet autem ut itidem per cyrurgiam facere doceamus. Decet ergo cyrurgiam obtinere volentes hujus operis peritos inspicere et operari assuescentes audaces permanere. Cyrurgia vero aut sit in venis aut in carne aut in ossibus.

In venis vero pulsantibus flebothomia aut sectio dicitur. In venis quo pulsū carentibus flebothomia nuncupatur. Cyrurgia autem que in carne sit aut scarifatio (sic) aut incisio aut coctio aut incensio nuncupatur. Que quidem sit in ossibus aut fractorum conjunctio nominatur. Hunc (sic l. nunc) autem ad flebothomiam que ceteris ad sapandas infirmitates utilior est incipiamus.

De scientia flebotomie.

Oportet autem imprimis peritorum precepta cognoscantur. precipiunt enim quod parvulus et decrepitus non nisi vi passione sanguinolenta imminenter ut fol. 253 A est quinantia pleuresis et similibus eorum quoque parentibus concentibus flebotometur. Precipiunt quoque, quod nec servum nec ancillam sine dominorum licencia quis presumat flebotomare quoque in tenebroso loco nullus illicio audeat facere.

Jubent item quod cyurgici colliriis oculos confortantibus utantur et bis in mense aut semel in ebdomade pillulis aureis aut yerapigra aut similibus stomachum mundificantibus purgantur. Rursus flebotomum non erumosum aut asperum non longum tenuē nec rotundum nec breve sed mediocre debet esse. Oportet iterum flebotomari volentem, ut digitorum tactu carnem nervum

et venam discat cognoscere. Aliquando enim propter crassitatem corporis aut venarum subtilitatem visui non apparent venae. Cum autem brachium spatio IIII digitorum a cubito ligatum fuerit crosso nec nimis subtili ligamine, si corpus pingue fuerit fortiter si maculentum medioriter stringatur ut vena appareat manus ambe fricari aut gravia sustinere patientur si vero vena occulta fuerit pone digitum ubi venam arbitraveris esse ac sanguinem attrahere et si vena intumuerit punge, sin autem, minime. Item vena ligata si non appareat solvatur et iterum ligetur gravibus ad sustinendum datis apparet flebotometur. Basilicam vero venam nemo inuidat nisi prius ubi nervus sit cognoscatur. Pulsus quippe aliquando sub vena stat. Si autem nervus et vena juncti fuerint cum basilica flebotomari necessarie fiunt, foramen longum leviter pungendo fieri convenit. Qui vero cephalicam incidit lacertum caveat et brachium non multum stringat ne tumidum fiat. Qui autem medianam pungit nervo pareat et brachium non multum relaxet nec multum stringat. Si enim strictum multum fuerit, purior sanguis exit et aliquando causa tumoris et livoris existit solidaturque plaga tarda. Si brachium nimis laxum sit sanguis si in primo non exeat longitudinem, si autem excessa in latitudinem. Si autem sub vena nervus sit longa fiat incisio ne nervus percutiatur. Securius enim est si in longitudinem incidatur, eo namque per latitudinem incisio spasmus generatur. Funem<sup>1)</sup> quoque brachii in longitudinem flebothomare oportet. Vena quoque pollicis quia sub ea nervus est similiter. Vena quoque frontis, temporum quoque post auriculas sunt. Venas linguae faucium cum quis flebotomare voluerit infirmi gulam noscet suffocetur molli ligamine decet ligari locumque vene ut ipsa appareat manu fricari. Frontis autem vena oportet incidere cum acia aut si venam non invenias cum sauta. Sed minime ferias in profundo ne percutias ossa, hec enim cephatee est causa. Temporum vene (253 B) similiter flebotomande sunt ne lacerti aut corde vulnererentur unde nempe dura emigranea visusque debilitatio procreatur. Vena vero que sub lingua est si lacertus ut (sic l. aut) nervus incisus sit lingue gravitas intra accidere solet. Si autem lacertus oculum movens in flebotomatione vene que est in angulo oculi iesus fuerit strabonem facit. Fauci vero si nervum vel lacertum collum moventem flebotomando ledas, spasmi vel tortionis causa fiet. Si vero oportuerit venas que sub genibus sunt flebotomare crux forti ligamine stringatur erectoque pede infirmi qui supinus est collocando in longitudinem incidatur. Saphena autem que super calcaneum existit si oportet flebotomare tibia spatio IIII digitorum super cavillam fortiter ligetur et infirmum super lapidem aut aliud solidum pede ponente ut vena appareat flebotometur. Sciatica vero que sub cavilla est exteriori cum flebotomanda fuerit coxam totam et tibiam usque ad spatium IIII digitorum super cavillam fortiter ligare convenient sicque pede ligato super solidum corpus posito et alio elevato flebotomo venum aperi. Sanguis autem intra exiens quia flegmaticus est necessario frigidus flebotomato itaque homine tibiam coxamque usque ad summum oportet dissolvere. Vene que sunt in pectine pedis tibia similiter super cavillam strictam in longitudine sicut cetera tibiarum vene flebotomo adaperiantur.

1) Gedruckt: finem.

nervi enim et corde si per latitudinem vulnerentur spasmus generant. His autem venis incisis si per suam crassiciem sanguis non exeat vulnus oleo ungatur et post unctionem in aqua calida pes ponatur. Que autem venarum eget inanitione intestini expurgetur repletio priusquam flebotometur. Plenum enim si intestinum fuerit malus chimus qui morborum diversorum est causa non extrahetur prius subpositorio aut clisteri. Febricitantes vero quorum febris interpolata est in accessionis die flebotomare non est necesse. quibus autem febris est continua his summo mane dum calorem quietus et virtus integra flebotomia fiat. Calidas vero naturas habentes eadem hora flebotometur in estivo tempore, frigidi vero natura cum hyemps fuerit meridie et infirme quoque flebotomato siropus rosatus aut electuarium confortativum dandum est. Eosdem quoque qui stomachum debilem et epatem defectum habent aut corporis frigiditas dominatur aut quibus corpus nimium est poratum sive eos quibus corpora levia ac candida sunt flebotomare non oportet, his tamen in periculo morbi ut est quinantis pleuresis peripleumonia et similia immineat caute flebotometur nec quantum sanguis expedit in una flebotomia sed in pluribus extrahatur. Si vero infirmi integra sit virtus sanguinem extrahere convenit usquequo mutetur aut quoisque patenter in- (254 A) firmus ad defectionem ducatur. Qui autem flebotomati assuete deficiunt prius confortentur postea sibi sanguis extrahatur. Mutatio quidem sanguinis quam maxime qui in visceribus calidum habent apostema ut est pleuresis, peripleumonia et similia expectare convenit. Si tempus vernum et etas juvenilis et virtus indebilis sit aut de rubore in nigredinem aut de nigredine in ruborem aut de turbiditate in claritatem aut de claritate in turbiditatem. Virtus autem in defecta sit etasque decrepita vel puerilis tempus quoque calidissimum sive frigidissimum ratione considerata paulatim ac sepe minuatur sanguis. Rursus homo septuaginta annorum pinguis corpulentus levique juvne fortior invenitur animositas in utroque consideretur.

#### De venis flebotomandis et numero earum.

Venae flebotomande ut majorum constat investigatum solertia XXXIII numerantur. Sunt enim in brachiis XII quarum due cephalice, due medie, due basilice due titilice dueque brachiorum funes nuncupantur. Inter medicos (sic) etiam et auriculares bine locantur. In capite vero et in collo tredecim distinguuntur; harum bine in temporibus, bine post auriculas, in oculorum angulis bine, in faciebus bine, in craneo una, sub lingua una designatur. In partibus autem gressui pertinentibus octo reperiuntur. Sunt enim sub genibus due, super calcaneum due, que saphene vocantur. Sub cavillis exterioribus bine, que sciaticae dicuntur. In eratibus quoque pedum due notantur. Cephalice autem juvant egritudinem sub furculis existentem et fluxum narium. Mediane vero omnem dolorem a furculis usque sub ypocondria extirpant. Basilicarum squidem nemini latet valitudo, juvant enim dolorem gibbi epatis et splenis fluxumque sanguinis statuant. Attrahunt enim humores ab inferioribus ad superiora. Titillicas autem inferiores probabiliores autumnant, pectoris namque dolorem pulmonis et diafragmatis anhelitum et orthomiam (sic) curant. Vena vero frontis dolorem capitum maxime pupis subvenit. Unde yprocrates in apho-

rismo dolorem pupis capitum cephalaeam obtalmiam diuturnam quoque emigranam sive in una sive in utraque parte sit flebotomiam (sic) frontis solvit. Vena cranei veneque que sunt post auriculas valent pustulis et scabiei capitum, gignere tamen prohibentur. Ille vero que in angulorum (sic) oculis (sic) sunt obtalmiam diuturnam, scabiem, lippitudinem sanant. Sub mento autem vena flebotomata dolorem in oculis pustulas et pruritum in auribus in naribus in pectore in facie incisionem in maxillis extingunt. Vena lingue quinantis subvenit. Vena pupis mitigat stuporem et antiquam cephalaeam. De venis sub genibus existentibus renum apostemata vesice et femorum vulve et coxarum dolo- 254B rem et menstruis ablationem patientes flebotomentur. Saphene similiter menstrui ablationem matricis apostemata et ejus pustulas, testiculorum quoque coxarum et tibiarum dolorem lavant. Sciaticae autem sciaticis subveniunt. Similiter ille que sunt in eratibus pedum harum octo venarum nulla per antifrasin flebotomia fiat. Scendum est autem quod in materia in interiora (sic) sit corporis flebotomia, si in medio sanguisuge, in exteriora scarificatio magis est conveniens. Flebotomia enim fortior est sanguisuge sanguisuge autem fortiores sunt scarificatione. Venarum impulsantium utilitas dieta sufficiat. Pulsantium vero flebotomia ubicunque rubicundissimus et subtilissimus sanguis superhabundaverit valedicitur; eas tamen nisi necessitate compulsi et cum maxima cautela incidere caveamus.

#### De incisione arteriarum.

Aliqui errant chirurgi in basilici flebotomia percutientes arteriam. Quod certificatur ex sanguine purissimo et rubicundissimo cum saltu incessanter exeunte. Oportet ergo fissa cute corporis sic abstrahi ut arteria ex utraque parte incisionis ligata medium absindatur et medicina solidativa sicut aloe sarcocolla sanguis draconis thus et similia ponantur si tamen stipticis vel incenditivis prius adhibitis non potuerit restringi.

#### De curatione tumoris qui dicitur emporisma.

Est quoddam apostema quod emporisma dicitur cuius causa et significaciones cum de passionibus locuti fuimus explanavimus. Diximus enim aut de fluxu arterie sive vulnere aut de ruptura eum nasci. Quodsi in titillica vel in faucibus sive in collo aut in aliis locis ubicunque magni pulsus habentur contingit, oportet dimitti ne subita sanguinis effusione infirmus periclitetur. Si vero parvus et subtilis pulsus fuerit, cute per longum fissa et toto sanguine ablato arteria ut superius diximus ex utraque parte eum forti filo ligetur mediumque projiciatur et panno vino infuso prius ibi misso et ablato solidativa ponantur. Quodsi de ruptura arterie contigerit filo cum acu submisso ex utraque parte apostematis arteria stringatur, post apostemate fisco sanguis abstrahatur unius hore spatio ibi dimisso deinde sublatu ut superius docuimus stringatur.

#### De incisione arteriarum que sunt post auriculas.

Incisionem arteriarum post auriculas existentium capitum scabiem obtalmiam diuturnam, emigranam quoque et stuporem diximus curare. Debent

ergo prius pilos radere, deinde arteria inventa et spatio trium digitorum signato ex utraque parte usque ad os incidere, medium autem fissa cute prohicer arterieque capiti coquere. Pannus etiam qui ossi conjungitur ne forte si remanent spas. 255A mum generet abstrahatur postque solidativa ponantur.

#### De extractione arteriarum que sunt in temporibus.

Omnium arteriarum maximeque in temporibus manentium timenda est incisio. Que tamen si alia medicina non subveniat ingruente necessitate non est repudianda. Curat enim emigraneam obtalmiam, calidum et acutum catarrum a capite descendente et apostemata in lacertis temporum nascentia. Fiat autem sic. Temporum pilis prius rasis tamdiu cum aqua calida locus fomentetur, manibus fricetur donec arteria appareat. Tunc alio cutem levante eam findas qua ex utraque parte inversa remanente arteria a carne separata et si subtilis sit trium digitorum tactum abscidas et pone solidativa. Si vero crossa fuerit illam findas et quantum sanguinis sufficit abstrahas triumque digitorum spatio ligata ex utraque parte vulneris incide medium et prohicias. Tunc pone ibi citrinum pulverem qui conficitur ex arsenico et croco vel medicinam ex sarcocolla, aloë et sanguine draconis compositam et post emplastrum solidativum apponatur. Medicamen ad fluxum sanguinis venarum incisarum a constantino probatum. Rp. thuris unciam II aloës unam, horum pulverem ovi albugine distemperato pilos leporis intinge incisisque arteriis appone et quousque sponte cadat ibi dimitte.

#### De operatione manuali in carne et imprimis de scarificatione.

Cyrurgia que fit in carne ut est incisio, incensio et similia aut membris est communis aut aliquibus propria. Commune autem omnibus membris est artificium ut scarifare (sic) tela extrahere. Proprium vero aliquibus ut oculi ungulam radere superflua narium carnem excidere et cetera que longum est enarrare. Nunc igitur incipiamus a scarificatione que aut ut sola fit cum incisione aut tantum cum ventosa et incisione aut cum incisione, ventosa et igne. Que scarificatio solum constat incisionibus pueris aliquando facta sanguinolentam passionem habentibus valet eis sicut flebotomia juvenibus. Ventosa quoque si eorum passio sit in partibus capitis ut in oculis et similibus puppi capitis apponatur cutisque solummodo incidatur. Si autem de profunditate membrorum corporis malum sanguinem trahere oportuerit, magne fiunt incisiones. Sic enim non solum sanguis verum etiam mali extrahuntur humores. Qui ergo multum sanguinem effundere necesse habent profunde scarifetur spissusque sanguis a quo trahendus est similiter incidatur. Scarificatio siquidem quia per diversa corporis loca fit uniuscujusque proprium juvamen dicere convenit. Prora igitur capitis que cum ventose impositione unius palmi mensura longe a naso scarifetur, lepre valet initianti ac totius gravedini corporis nimioque calore capitis et sanguinolente vertigini, scotomie quoque ac renum (255B) dolori atque testicularum pustulis. Locus autem iste quia magno pulsui vicinus est eaute scarifetur. Pulsus enim si incisus fuerit aut incessanter sanguis effundetur aut eo cessante mentis auditus visus nocumentum subsequetur. Que autem in summo capitis fit scarificatio faciei livorem ac sensuum turbiditatem clarificat, oculorum infirmitates

pustulas scilicet scabiem et excoriationem sanat, stuporem, auditus gravitatem, pruritum aurium fetorem narium orisque et capitis dolorem extirpat. Alia vero IIII digitorum spacio super spondiles in pupi capitis facta obtalmiam puerorum auriumque dolentium pustulas, palpebrarum quoque gravitatem, scabiem et earum impetiginem emundat. Alia rursus in colli lateribus scarifatio fit dentium et lingue dolori valens ac gingivarum tumori oculorumque lippitudini si tamen assuefiat tremorem gignit. Cui autem sub mento scarifatur a pustulis et vulneribus oris ac uvule apostematice liberatur. Summitas quoque spondilum scarifata melanocolice passioni proficit anxietatique spiritus et cardiacis ex calore patientibus. Scarificatio vero que fit sub spatulis ~~nas~~ appellata ab arabicis manu posita sub cubito brachioque circa latus extenso ubi fieri debeat designatur. Locus enim scarificationis sumitate manus attingitur, valet ita que sub sinistra fit spatula mortiferam bibenti potionem tumorique et apostemati splenis, que autem sub dextra, calori et apostemati epatis. Est etiam alia que fit sub femoribus, emorroidis, fluxui sanguinis tenesmoni ani tumori dolorique valens et apostemati, profluvio sanguinis mulierum subveniens et narium sanguinee minctioni, calori renum, urine ardori, vulneribus, pruritui et scabiei que sunt inter anum et testiculos proficiens ac testicularum ex putrefactione sanguinis facto apostemate. Hec autem scarificatio necessario facta non nocet coitui, non necessaria vero coitum auferit ac dorsum deficere facit pinguedinem quoque et crassitatem renum consumit. Alia unius palmi mensura super cavillam sub genibus vero IIII digitorum spacio in tibia facta melanolicis false cogitationi mentis corruptioni impetigini pruritui scabiei visus obscuritati vertigini epilepticis quoque et sciaticis utilis existit. Sed oportet priusquam hec fiat infirmum balneari et ut sanguis extenuetur tibiam calesfieri statimque scarificationibus ventosam ter decies apponi. Que autem inter mamillas mulierum scarifatio fit ad sanguinis fluxum pruantum proficit. Alia quoque in coxis facta coxarum et testicularum valet pruritui ac menstrui ablutione oportetque locum istum multum scarifari et sugari pedibus junctis (256A) sedentibus quibus hoc in summo coxae fit. Alia in interiori parte geniculorum in summitate ossis vicini concatenationi facta tumori et apostemati geniculorum valet eorumque ardori et gravitati necnon articulorum dolori. Alia in manuum cratibus fit earum fissurae valens et scabiei pustulis ac pruritui. Scarificatio super anum facta ejus dolorem et ardorem extinguit, emorroydas in matrice natas ad intestinum descendentes occidit apostema dissipat coxarumque et natum muliebrium magnitudinem reprimit, menstrua provocat, dorsumque ac femora dolentibus succurrit. Que vero inter duas cavillas scarificationse fiunt offensioni pedum valent et fissure calcanei ac suo ardori matrieque infusioni et menstruo tardanti. Sinistri autem cubiti scarificatio dolorem splenis mitigat et quartane febris et habundantiam colere nigre minutum centum sanguinis aut quinquaginta drachmis extractis. Oportet autem in omni sanguinis extractione infirmi virtus et sanguinis corruptio contemplentur. Sanguine enim plusquam oporteat minuto stomachus et epar refrigerantur cutis corporis fit citrina ac ydrosis generatur, cor deficit coitusque debilitatur epilepsia et morphaea alba coaccidunt atque visus contrahitur. Oportet iterum ventosam que puppi capitis imponitur eam majorem esse que in colli lateribus mittitur, erurumque ventosa mediocris fieri precipit. Scarificatio quoque sicut flebotomie

et cetere inanitiones plus in vere et autumpno fieri debent quam in ceteris anni temporibus cavere namque dum licet convenit nimis calidum nimiumque frigidum tempus.

#### De incisione omnium apostematum<sup>1)</sup>.

Quamquam omnium apostematum curationes maturativis et mollitivis fieri praecipiuntur illud tamen in apostematibus in carnosis locis morantibus usque ad plenam maturationem tantummodo facere judicamus. Post vero si molli sunt incidentur. Quecumque enim talium ante maturationem incidentur, multiplicantur eorum putrefactiones et elongantur ad curandum et plaga ad sanandam. Aliquando etiam induratur os et concavitas incisionis et in diuturnitatem tendit. In concatenatione membrorum vero aut in locis proximis ligamentis ut sunt musculi vel nervi si superveniat apostema non expectabitur incisio quounque veniat maturatio ne forte materia ibi permanens musculos vel nervos putrefaciat. Sic ergo faciens a sano loco usque ad sanum locum cutem findens et quicquid puris vel putride carnis invenies abiecit concavitatemque vulneris mundificati panno veteri et subtili prima die secunda vero bombicio oleo rosato infuso tertia etiam bombicio butiro infuso quohusque vulnus mun- (256B) disficitur, implebis. Magnorum vero apostematum materiam ne infirmus deficiat semel extrahere caveas, in quibus omnibus virtutem infirmi necesse est custodias. In titillicis autem et in inguinibus apostema natum par latitudinem finde. Si tamen super lacertum aut nervum evenerit non ipsum sed ex utraque parte cutem incide. Post suprascripta pone deinde unguenta et emplastra ad hoc opus composita.

#### De curatione nodorum et glandulis<sup>2)</sup>.

Intentio nostra de nodis et glandibus (sic) est extrahere. Fiat autem sic. cutis findatur et non solum nodus sed etiam sacculus integer a radicibus extirpetur. Si enim aliquid remanserit, sit alterius nodi causa. Duros vero nodos prius maturativis mollias, post extrahas et cura ut supra.

#### De scrofulis.

Serophulis quibus alia non proficiunt medicamenta cyrrugia est necessaria. Cutis ergo per longitudinem ad serophulam usque incidatur et cum omni materia sibi adherente nitro<sup>3)</sup> extrahatur. Cayendum est autem ne pulsus aut nervus in hujusmodi cyrrugia ledatur. Quod si fiat eis ex utraque parte vulneris ligatis quod vulneratum est rumpatur. Seropula vero cum extracta fuerit ne quid ex ea ibi remaneat diligenter inquiratur. Si quid enim remanserit renascentur. Loco autem perfecte mundificato cutis consuatur ac desuper pulvis citrinus imponatur et postea sicut cetera vulnera procuretur.

<sup>1)</sup> Hier weichen Manuscript und die gedruckte Ausgabe gänzlich von einander ab. Es fehlen im Manuscript die Capp. IX u. X über die Application Schröpfköpfe (ventosae), und das Cap. XI, welches der Abscessbehandlung gilt, ist erheblich gegenüber dem Wortlaut des Codex verändert.

<sup>2)</sup> Entspricht dem Cap. XIV der Druckausgabe.

<sup>3)</sup> Die gedruckte Ausgabe hat nitro, im Codex steht vitro.

#### De canceris.

Cancerum in aliis locis durum esse apostema diximus ejusque causas et curationes exposuimus. In hac autem egritudine si cetera parum proficiant medicamina docendum est quomodo subveniat cyrrugia. Cancerum vero nascitur in omnibus corporis membris sed precipue in vulva mulierum et mamillis. Quod autem in vulva creatur per cyrrugiam non sanatur. Si vero in mamillis aut in aliis corporis membris arteriam neque nervum vicinum non habentibus innascatur, totum tumorem incidere convenit et rasoio concavare quidquid lesion fuerit. Sanguis autem qui spissus est et melancolicus ut effluat venas exprime ac postea unguentis et similibus illud vulnus ut aliud sanare stude.

#### De poris et verrucis et passione que formica dicitur.

Hec omnia a sua radice necesse est evellere locumque eorum ferro valido fortiter coquere. Verruca vero si fortiter stringatur filo aliquando cadit si diu stricturam patiatur. Formice autem parve sunt pustule nascentes in interiori cute. Quas vero cum non alia sibi prosunt medicamina ut comprehendendi valeant prius circumcidimus et postea cum ferrois tenacibus ad hoc factis illas extrahimus ac deinde ut plaga sanetur unguenta et cetera imponamus.

#### De vulneribus cancerosis que sanari morantur<sup>1)</sup>. (257A.)

Locus hujus egritudinis cum parte sane carnis ut et cancerum abscidatur rasore et mundificatoque loco usque ad defunctionem sanguis effundatur. Hoc autem, si fortis fuerit infirmus tantum fiat bonoque cibo et vino forti ac odorifer confortetur et medicina. hoc vero vulnus curabis sicut cetera.

#### De telorum extractione.

Telum in exteriori corporis herens parte in lignum habet, per illud extrahitur. Si vero ligno careat tenacibus ferreis in vulnere missis pransum educatur et si vulnus strictum fuerit dilatetur. Telum vero si ossis (sic) cohaereat, commoveatur et commotione lapsatum evellatur. Si vero commoveri nequeat usque ad os earo incidatur osque circa illud ut evelli possit corrodatur. Si autem telum barbatum fuerit summa cum cautela discohopertum extrahi convenit. Telum ligno carens si in profundo lateat et foramen per quod illud intraverit non pareat sauciatus sicut erat cum illud exceptit locetur et digito exploratum fissa carne extrahatur. Si autem senserit illud ad opposita loca intravisse ex ea parte abstrahatur facto foramine. Telum integrum si tractum non fuerit necesse est ut requiras quod remansit. Si vero telum arterie aut nervo aut alicui nobili membro vicinum fuerit, cave ne cum illud extrahere moliris ea ledantur, aliquando quippe melius est ut remaneat quam extrahatur. Homo nempe quidam gerens sagittam in corpore inter stomachum et zirbum penetrato siphac eam longo permanente tempore nullum dolorem infirmus patiatur nisi cum stomachus implebatur. Sagitta si nobili membro cohereat ut est cerebrum, cor, pulmo, epar, stomachus, renes, vesica et similia, si mortale signum aliquod appareat, non ibi manum mittas, si vero non, oportet

<sup>1)</sup> Weicht wieder gänzlich von der Fassung der gedruckten Ausgabe ab.

motiri qualiter suavissime possit extrahi. multotiens enim contigit homini non inde mori. Homo quidam in intestino sagittam habens eam sub (überschrieben: cum) egestione expulit et sic evasit. Alii frustum epatis alii cibum et alii scirbum per vulnus emiserunt nec fuerunt mortui. Corporis autem interioris in quo loco sagitta lateat si velis inquirere significationes oportet perfecte cognoscere. Si enim in dura matrice cerebri fuerit infirmo nimius dolor capitis accedit rubentque et incendantur oculi, alienatio perstat<sup>1)</sup> et lingua nigrescit. Si vero sit in pia matrice virtutis defectione et ablatione vocis subsequentibus pustule in facie crescent sanguisque et sanies de naribus et auriculis exeunt. Si autem in pectoris concavitate sit, aër inde exibit, in corde niger sanguis fluet, frigiditasque extremitatum accedit et sudor et sincopis que prenuntiative sunt future mortis. In pulmone si sit, spumosus sanguis emititur colorque et anhelitus mutantur. Si in (257B) diafragmate magnus et spissus anhelitus habetur et cubiti infirmi moventur. Telum si lateat in stomacho per plagam cibus egreditur, si in intestino, stercus emittitur, si in vesica urina profunditur. In his omnibus si mortalia signa non appareant fortisque sit infirmus, artem exerce, et si telum in capite fuerit osse illud circumdante perforato suaviter extrahe. Si vero in pectore fuerit necesse est ut pars coste incidatur et sub costa aliiquid ponere ne pellicula rumpatur. In vulnere pulmonis, vesice et similiūm oportet similiter exercere ingenium. Si in magna vena aut arteria sagitta fixa fuerit, ex ultraque parte vulneris priusquam illa extrahatur venam ligari convenit. Oportet iterum contemplari ne sagitta venenosa fuisse (sic) quid (sic) ex colore loci demonstratur, qui lividus aut plumbinus aut niger est. Si vero vulnus toxico sit fedatum, mundificetur consuauaturque protinus et ut cetera vulnera procuretur. Si quis autem infirmus patiatur in vulnera tumorem, calorem et ruborem sicut ignem acrem, flebotometur ipseque sandali endivie succus coriandri solatri sempervive et similiūm loco apponatur.

#### De aqua et humiditate que in capite est extrahenda.

Plerumque infantum capitibus incongrue strictis aqua colligitur ut in eis vena rupta sanguis putridus crude saniei generativus coadunatur. Hujusmodi ergo coadunatio aut fit inter cutem capitū et pelliculam cranei exteriorē aut inter craneon et pelliculam sibi propinquiorem aut inter ossa cranei et duram matricem. Materia vero inter cutem capitū et exteriorē cranei pelliculam coadunata tumor tactui mollis cutis colori consimilis ac dolore carens innascitur quem si tangas tactus impatiens cito dividitur. Humoribus autem inter craneon et pelliculam sibi propinquiorem collectis significationes predictis sunt consimiles, tumor tamen ibi factus citius tactum fugit quia molliorem dolorque magnus in osse capitū habetur. Frons quoque atque occuli eminent et la- vero incurabilis reputatur. Materia si inter cutem capitū et exteriorē cranei pelliculam coadunetur, in duobus aut in tribus locis cutis findatur eaque effusa panno lineo veteri locus impletatur ac demum die quarta soluto capite pannus extrahatur et postea sicut vulnus aliud procuretur.

<sup>1)</sup> Druckausgabe: instat.

#### De acutis catarris in naribus et oculis ascendentibus unde sentit infirmus ire per frontem quasi formicam.

Descendente in oculos acuto catarro sentiuntur quasi formice per frontem et tempora ambulantes et assidue rubet facies. In hac ergo egritudine temporibus rasis et fronte ut temporum lacerti apparent inferiores moveantur gene (258A) evitatisque lacertis in tribus locis usque ad ossa cutis incidatur equaliter et recte. Incisiones autem unciarum duarum longitudinem habeant tribusque unciis inter se differant. Hoc facto de incisione ad incisionem inter ossa cutemque ferrum ferrumque accumine ad cutem converso quicquid arteriarum et venarum ibi repertum fuerit incidatur ac remanente cuto integra sanguis habundanter egredi dimittatur et ut ejus nihil ibi remaneat cutis exprimatur. Locus autem mundificatus panno oleo et vino infuso impletatur pannoque similibus intinctus desuper apponatur et alias super lacertos temporum sandalis et rodostomate infusus mittatur quibus die tertia resolutus ad aliorum similitudinem vulnerum ea procurentur.

#### De incisione frontis per latitudinem, alii ex transverso dicunt.

Frons incisa per latitudinem eis valet, quibus per multas venas humores ad oculos defluunt; cuius egritudinis significationes oculi macres eorumque anguli corrosi ac visus defectio atque calor cum nimiis lacrimis et palpebrarum pili eadentes existunt quodque accutum dolorem in profunditate capitis hujusmodi infirmi sentientes continuo sitiunt. His visis ut lacerti temporum cavendi apparent caput infirmi radatur ac deinde frons a dextro latere usque ad sinistrum incidatur. Ea vero incisio adeo fiat concava ut appareat caro et deinde arteriarum venarumque extremitates divide panno (sic) lichino (sic) oleo et vino infuso ac postea desuper pannum apponito. Secunda autem die si capite resoluto tumorem immoratum non videris quousque minuatur religabis et postea unaquaque die ossa radetis (sic l. radens) cum caro creare (sic l. creari) ceperit medicamina apponens creativa carnis. Caro autem crescens in his locis cuti coniunctetur et dura fiet. Sicque catarrum venire solita (sic l. solitum) ab oculis repelle.

#### De elevatione superioris palpebre cap.

Necessarium est superiorē palpebram pilorum superfilitate depressam levare et qualiter relevare possit indicare. Cum ergo hominis palpebram levare volueris ea inversata discipulo teneri committatur pilisque qui sunt sub ipsa ne te impedianc mastice inviscatis de angulo ad angulum sub pilis findatur ut pilorum multitudo intrinseca extrinsecus convertatur. Illam vero fissuram que usque ad cutem tantum fieri debet cum forcipe rescindens et deinde junctam ac consultam citrino pulvere aspergens aquamque in qua sal et cimimum infudatur in oculum prohicies et post III dies ad instar ceterorum vulnerum illud custodies dies triginta.

#### De auriculis oculorum.

Leporine passionis causam curtas esse palpebras in aliis locis exposuimus. Qui patiuntur obdormiunt sicut lepus hec (258B) passio si vulnere precedente

contigerit palpebram per latitudinem incidamus ac deinde in incisionem lichenum medicamine carnis creativo' infusum ponamus. Si vero ob inversionem palpebre inferioris id acciderit eam similiter incisam simili medicamine repleri convenit. Siquid autem ibi superfluum creverit radatur citrinoque pulvere immo-  
posito oculi aqua in qua sal et cimimum infusa sint laventur et si tumor innascat obtalmie medicina procuretur.

#### De extractione pinguedinis sub palpare (sic l. palpebra) superiori nascentis.

Pinguedine sub palpebra superiori nascente eportet quatenus ea inversetur et duobus digitis ab utroque angulo ut illa pinguedo appareat exprimatur. Ea vero apparente cute per longitudinem quasi flebotomans finde eamque extrahe ac deinde pannum veterem aceto infuso superpone, alii ut radatur quod de pinguedine illa remansit salem subtilissime pistatum immittunt pannumque superligant quem post unius diei spatium dissolvunt et postea, si calor et tumor defuerint unguenta curativa licium circumponentes imponunt. Si vero tumor et calor ibi reperiantur refrigerativa et stiptica sicut memithe, sandali albi, fusul<sup>1)</sup> (sic. Druckausgabe hat hier sulfur) bolum litiumque coriandri et endivie succo temperata superligantur.

#### De curatione palpebre cornee vel conjunctive conjuncte.

Si cornae vel conjunctive palpebra conjungatur instrumento ferreo inter palpebram et oculum misso ut coaprehsa (besser nach der gedr. Ausgabe zu lesen: unco aprehensa) elevetur et oculi pannis evitatis causa conjunctionis abscedatur. Hoc facto salem at cimimum commasticata in oculos spuamus et inter oculum et palpebram panno veteri posito pannum ovi vitello inductum superligemus et die tertia resolventes albo collirio procuremus.

#### De grandine palpebrarum.

Grando fissa palpebra apprens instrumento ferreo abstrahatur et si grandis fissura fuerit suatur pulvisque citrinus desuper ponatur. Fissura vero si parva fuerit solo pulvere curari poterit.

#### De verruca et porris oculorum.

Verruce et glandes oculorum unco comprehendere forifice subcidantur ovique vitellum et oleum roseum superponantur. Si vero calor innascatur secunda die resolventes collirium de memithe factum imponamus. Si calor defuerit dragagenta pulverem et citrinum immittamus.

#### De ungula ipsorum.

Si ungula adeo grandis fuerit ut pupillam tegat penna columbina inter illam et oculum missa acculeo ab oculo separetur et incisa circumcirca extrahatur ciminoque et sale commasticans (sic l. commasticatis) impositis ovi vitellum supermittatur et secunda die si calor insit albo collirio illato sicut obtalmia curetur.

<sup>1)</sup> Vgl. Steinschneider, Glossar zur Chir. d. H. v. Mondeville ed. Pagel. Berlin 1892. p. 611.

#### De exitu uvee (259 A).

Exeunte uvea non est spes ut visus revertatur. Entendum tamen est ut torpedo auferatur. Oculus ergo ut fiat planus uvea rescidatur ac postea sicut plaga procuretur. Refert Galenus Theostum (sic. Druckausgabe: Theodorum) medicum multos homines de humoribus sub cornea creatis curasse infirmorum hujusmodi antecedentium capitibus exagitatis ex omni parte materia quippe descendens dividebatur non leviter excusso capite. Alii autem corneam findunt ut illa materia effundatur. Plaga illa ad similitudinem aliorum vulnerum oculis pertinentium procuratur.

#### De cataractis.

Cataractarum diversitates causasque et significaciones in aliis locis exposuimus. Illic autem earum curationes secundum chirurgiam exponemus. Cataractis ergo curabilibus inventis ut oculos claudat infirmo precipe, ac deinde duobus pollieibus palpebram in omnem partem commove. Et si tunc subito apertis oculis aquam (sic) super pupillam fusa a pupilla separata fuerit nondum curandam intellige. Si vero coagulata permaneat sicut ante curari judicabis utile. Si autem hujus aquae colorem videoas sicut ferrum servidum aut plumbeum lucentem (sic) curanda rursus intellige. Si vero quasi calx fuerit quia coagulatissima est incurabilem dimitte. Item quantitate pupillarum notata si altero oculo clauso alterius pupilla dilatetur curatio profutura judicetur. Infirmo ergo ante medicum in lucidissimo loco sedente si unus oculus sibi sanus sit eum claudat, medieusque ei oppositus parum tantum altior sedens instrumentum ereum pupillam cavens a minori angulo usque ad majorem sub pupillam impingat et cum illud per medium cornae viderit secus pupillam inferius premat. Aqua vero ad locum non recurrente si infirmus rem sibi monstratam perspexerit, instrumentum paulatim retorquendo extrahatur. Si vero ad locum redeat bis aut ter ut omnis aqua exeat ibidem reponatur. Hoc facto sale et cimino commasticatis in oculum positis pannus ovi vitello inductus supermittatur. Deinde infirmus in obscurissimo loco locatus oculos habens ligatos a tussi et sternutatione ne commoveantur oculi custodiantur subtilique dieta sicut pullis gallinaceis et similibus dietetur nec usque ad septimam diem nisi doloris calorisque causa cogente dissolvatur.

#### De celsis.

Sepe nascitur in maxillis quedam pustula ad similitudinem celsa nominata quam oportet curare volentem excoriare et cum zucchari usque ad multam sanguinis effusionem fricare pulveremque qui milichion dicitur sanguine non extero superponere deinde butiro bovinam (sic) mundificatam cum unguento de erugine cris sanare.

#### De curatione auricule imperforate.

Auris opilacio (259 B) naturalis sive accidentalis si in profundo contigerit vix curatur. Si vero in exterioribus, cum acuto ferro perforatur pulvisque citrinus intromittitur. Calore vel tumore ibi nascente aqua rosata succo portulace et similibus refrigeratur.

De lapidis aut cuiuslibet rei in aurem cadentis extractione.  
Quodsi in aure lapis vel frumentum sive aliud aliquid occiderit retro incidatur et cum forcipe extractis pulvis citrinus superius iniciatur.

De superfluitate carnis in naribus nascentis que dicitur polypus.  
Polypus est caro superflua inter nares coagulata. Que si fuerit mollis et carnosa cum subtilissimo cultro incidatur et cum nodoso filo per nares cum acu intromisso et per hos extracto tota naris de illa carne mundificetur. Post medicina roditiva et desiccativa ut est unguentum viride prius in lichino de veteri lino facto aliquamdiu ibi dimisso curetur. Si vero caro illa livida vel nigra fuerit intelligitur ex melancolia nasci que vix aut nunquam potest curari.

#### De superflua carne et vulneribus gingivarum.

Non solum in naribus verum etiam in gingivis caro superflua vel pustula vulnus faciens nascitur. Quarum curatione cum uncio trahere et cum ferro incidere, post mirtam subtilissime tritam prius vulnera ex aceto vel vino lavato superponere.<sup>1)</sup>

Dentum extractionem nullus nisi carne ab osse cum ferro separata facere presumat. Dentem vero super dentem nisi dolor coaccidat vel cogat melius limare quam extrahere.

#### De nodo lingue.

Nodorum sub lingua propter ligamenti crassiciet naturaliter existentium ipsius ligamenti incisio utilius est auxilium. Non naturaliter vero causa vulneris accidentium nodi a lingua separatio. Fiat autem sic. infirmum ante te constituas os apertum linguamque sursum tenere facias. nodum cum uncio captum arteria vitata<sup>2)</sup> per latitudinem incidas et a lingua separeas. Post solidativa ponas.

#### De faucis tumore.

Brancois interius tumescentibus et quasi duas amigdalas creantibus cum diffili flegmatis excretione et anxia spiritus attractione, si gargarismata prius adhibita non subveniant vel incisio succurrat, infirmo ergo ante te constituto ore aperto lingua inferius pressa amigdalam cum uncio captam incide, pelliculas autem astantes cave. Post aquam rosatam cum aceto fac gargarizare vel succum arnoglosse aut oleum cum albagine ovi si multus sanguis fluxerit melliferat si putredinem excreaverit.

#### De vitiis uvule.

Quamquam in omnibus membris corporis chirurgie curatio difficilis videatur, uvula tamen tumenti si stiptica non proficient causa suffocationis non negatur. Si ergo uvula cum tumore inclinata subtilis et alba fuerit cum (260A) ferro uvula teneres (sic) cavato apprehensa cum forcipe ex parte incidatur. Si

<sup>1)</sup> Hier beginnt offenbar ein neues Capitel, dessen Ueberschrift im Manuscript fehlt. Der dazu freigelassene Raum ist vom Rubricator nicht ausgefüllt.

<sup>2)</sup> Druckausgabe: intacta.

enim tota incisa fuerit sequitur dolor pectoris et ablatio vocis. Deinde fac eis gargarismata de aceto et aqua vel aqua rosata et sumach. Uvulam tantum rotundam ex omni parte crossam colore nigrum incidere caveas.

#### De guttulis apostemate.

Incisio guttulis tribus in locis in modum c littere facta canarium pulmonis sanis existentibus liberat calido apostemate nato in ore gurgulionis summatatem et meri vel<sup>1)</sup> os stomachi opilante. Cutis ergo cum unco apprehensa adeo findatur ut cartillagines vene et arterie appareant. Deinde arteriis evitatis pellicule infra canales pulmonis existentes dividantur vulnusque apertum quoque de suffucatione securus sit dimittatur. post cum acu juncto pulvis superponatur.

#### De digitorum superfluitate.

Digitorum superfluitas in auriculari sive in pollice nata quamquam infirmo nocumentum non tribuat quia tamen indecens est medicetur cum chirurgia. Si ergo caro sola sit cum rasoio incide, si vero os et caro simul carne prius incisa os cum serra seca et ut vulnus medicare.

#### De superfluis mamillis.

Aliquando accedit, ut mamille quas natura causa discretionis et utilitatis in mulieribus creavit, in maribus quoque turpiter crescant. Quarum causa est pinguedo infra cutem et costas coadunata. Si quis autem causa turpetudinis eas auferre voluerit, cutem in modum c littere findat, pinguedinem extrahat et sicut vulnus medicari studeat.

#### De extractione aque ydropico.

Nulli generi ydropicis nisi illi que ab aquoso humore creatur chirurgiam superius convenire diximus, ubi illius diversitates, causas et curationes ostendimus. Diximus illum humorem inter siphac et intestina colligere, quem si quis extrahere voluerit virtute infirmi considerata ventreque eum manibus scilicet ut materia ad inferiora descendat fortiter presso ab umbilico inferius tribus digitis remotam cum acuto ferro usque ad inferius sinfac incisionem faciat. si tamen epatis passio precessit in dextera parte, si splenis in sinistra eadem mensura ab umbilico cutem findat, deinde cutem (260B) excoriata sinfac cum ferro penetra et canalem eneum et argenteum per quem aquam extrahat in eo ponat. Cavendum tamen ne in una vice totam extrahat, ne subita inanitione infirmus deficiat. spiritus enim cum aqua exiens egrum debilitat. Canali ergo extracto plagam cum panno opila, dijetam confortativam sicut jus carnis cum simili et odorifera aromata ei prebeat. Secunda autem die solvat canalem ponat aquam extrahat. sic ter vel quater faciat. Partem tamen aque ibi dimittat. Qui post elevationem infirmi cum cathartico aqua citrina purgante purget. Deinde dieta desiccativa et harena calida in sole calido utatur. Aliquando vice incisionis coctione fungimur. Cujus doctrinam in subsequentibus explanabimus.

<sup>1)</sup> Druckausgabe: id est.

## De tumore umbilici et suo exitu.

Umbilicum si propter scibum vel intestina exentia exierit oportet sic incidere. Tumore in circuitu cum incausto designato et infirmo supino locato in designationis medietate cum filo ligate talis incisio fiat quem digitum capere valeat digitoque intromisso szirbum et intestina inferius premat. Si pars szirbi sursum remanserit incidat, post vulnus suat et sicut ceteris medicinam adhibeat.

## De curatione vulneris ventris et exitu pinguedinis et intestinis.

Sepe accidit causa vulneris in ventre facti szirbum et intestina exire que vix aut gravitor nisi cum cautela summa possumus intromittere. Plaga itaque intumescente vino nigro vel pontico vel spongia aqua calida infusa si hoc modo vinum non invenitur aut aliis mitigativis donec detumescat calefacere debemus. Sive etiam infirmum si tempus frigidissimum est per manus et pedes pendentem in calido balneo ponere seu oleo violato cum cera ungere. Postremo vero si supradicta non proficiunt, plagam finde postque szirbum et intestina intromittere. Szirbum tamen nigrum vel lividum factum quod unius diei mora fieri solet ligatis venis et arteriis oportet includi<sup>1)</sup> et solum sanum dimitti. post filo serico non multum crosso ne cutem rumpat nec nimium subtili ne rumpatur plagam suere acu scilicet in exteriori eute, deinde lacertis post in siphac pungere<sup>2)</sup> ligatque donec detumescat dimittere. Post solidationem filum incidere unguentumque basilicon adhibere. Si calorem patitur, frigidis unguentis refrigerare egrum supinum jacere subtili dieta (261A) dietare, ventositatis generativis cavere, pannos oleo calido infusos<sup>3)</sup> vel vino nigro et pontico clisterizare. Sciendumque hoc modo vulnus in crossis intestinis levius quam in subtilibus curatur. In intestino autem qui jejunum vocatur propter multitudinem venarum arteriarum nervorum atque propter eorum magnitudinem et ipsius subtilitatem et epatis vicinitatem est incurabile. In inferiori autem stomacho quia loca sunt ibi ampla et quia ea super<sup>4)</sup> petit medicina dicitur esse curabilis. Si in illius (h)ore propter suam subtilitatem non enim pati potest medicinam neque etiam ibi moratur et si adhibeantur, nulla proficiunt medicamina.<sup>5)</sup>

Nunc<sup>6)</sup> usque constantinus africanus philosophus ac nobilis medicus translator fidelissimus hujus none particule chirurgie

<sup>1)</sup> Druckausgabe: incidi.

<sup>2)</sup> Druckausgabe: perungere. Es folgen hier noch die Worte: et per con- trarium ex altera parte juncturasque distantes uno facere digito, postea citrinum pulverem superpone, die in der Handschrift fehlen.

<sup>3)</sup> In der Handschrift fehlen hier die Worte der Druckausgabe: circa plagam, inguina et titillicas sepe muta cum oleo violato calido.

<sup>4)</sup> Druckausgabe: semper.

<sup>5)</sup> In den opera Isaac cap. 48 lautet diese Stelle nach Rose folgendermaßen: Si in ore stomachi propter suam sensibilitatem non potest poni penam neque ibi moratur medicina et si adhibeantur, nulla proficiunt apposita (wie in Amplon, Fol. 286, 18).

<sup>6)</sup> Hier beginnt der in der Einleitung erwähnte, von Rose als „Uebergangscapitel“ bezeichnete Abschnitt, der in sämtlichen Drucken fehlt. Es ist hier von der Belagerung von Mallorca die Rede, die um 1113 stattfand. Näheres s. Rose, a. a. O.

practice extitit. Dehinc in expeditione ad obsessionem majorice iohannes quidam agarenus quondam qui noviter ad fidem christiane religionis venerat cum rustico pisano belle filius ac professione medicus hanc nonam particulam practice ad finem usque ad principium decime particule practice in latinam linguam deo adjuvante transtulerunt. Si vulnus in ventre fuerit unde szirbum et intestinum exeat et vulnus apostema fecerit et in circuitu tumuerit necesse est superponere spongiam infusam vino calido sive pannum vino nigro pontico donec tumor sedatur. Ac si tale vinum non inveneris panis medullam aqua calida infusam impone, donec tumor fugiat an medicetur ut calidum apostema et stude intestina et szirbum intromittere. Si aer frigidus fuerit infirmus in balneum ducatur et appendatur per manus et pedes ut facta sima corporis intestina intromittantur. Si autem balneum ingredi non valeat unga locum eum oleo violato calido et cera et sic sagaciter intromitte. Sed si intromitti non possunt pro parvitate vulneris et magnitudine apostematis magnifica vulnus ut possit intestina capere et festina eodem die szirbum et intestina intromittere quodsi dilataveris nigrum vel viride szirbum efficietur et erit necessarium caute incidi et prohici totum quod nigrum vel viride fuit. vene igitur et arterie tunc inferius ligentur cum seta tenui et ita cum novacula acuta et ignita recide et liga ut te docui in temporum arteriis. Capita vero fili sint extra vulnus et ita consuta intromittas. Intestinis intromissis vulnus suaviter cum filo nec multum tenui nec grosso ne per tenuitatem rumpatur aut per grossiciem impediat itaque sue neque spissim neque raro et per se cutis et per se szirbum foretur ut utraque pars cutis iun- (261B) gatur nec multum in summitate cutis aut nimis infra suas, acus ab intro de foris mittatur an de foris intus si cuti in sacco facimus panis. Postquam sutum fuerit superpone pulverem citrinum et pannum donec pus emittat. Deinde superpone emplastum imperiale et recide fila, si solidum esse cognoveris. Ac si locus calefactus fuerit, ungito cum unguento albo et mirtino. supinus jaceat, caput et pedes parum elevati. cibo utatur tenui et caveat a ventosis superpone pannum oleo violato vel rosatum infusum ut partes vulneris humectentur. Similiter ungatur sub alis et circa inguina de oleo tepido, oleoque tepido violato clisterizabis. Si autem vulnus fuerit in grosso intestino fac clistere cum vino nigro pontico. tepido. Si vero in tenui intestino vulnus fuerit, medicabitur contra et raro eyadet, maxime si fuerit in intestino jejunio propter multitudinem venarum et arteriarum ibi existentium, et quia tenuerunt et multi sunt ibi nervi estque propinquus epati (et) aliis intestinis. Sed si vulnus fuerit in grosso intestino curabilis est duabus ex causis; una quia intestinum est grossum et paucitas venarum et nervorum ibi; altera quia medicina immoratur in eo. Si autem stomachus vulneratus, incurabilis est, quia medicina non ibi moratur, sed cito transit per eum et ejus substantia nimis est sensibilis, unde ad sanandum nulla subvenit medicina.

De virge foramine facto extra locum.

Diximus in precedentibus quare mulieres sunt steriles et quot modis, cur etiam homines gignere nequeunt. Nunc autem dicamus iterum quare fiat et

addamus eorum medicamina. Viri quoque foramen virge non est in recto capite aut filum retorquet virge caput non generant quia recto tramite semen in vulvam proicere nequeunt sed lateraliter nec exit cum impetu sed paulatim et non mingit ad conceporii locum. Medicentur igitur ad filios procreandos. Ponatur infirmus super tabulam supinus et fortiter extendatur et cum sinistra manu virgam super ventrem regiras (sic!) et diu sub veretro manu firma teneat ne redeat introrsum (?) et tunc incide pelliculam veretri usque ad carnem vivam. Et si bene incisa fuerit mox cognoscetur quia recte mingetur. Si autem tortuosum minixerit incide iterum cum cautela tamen ne corda virge ex toto incidatur et retorqueatur superius. Et si multus exit de incisione sanguis, medicetur cum medicina sanguinis constrictiva (262A). Si ob hoc non steterit sed incessanter exierit, ferro ignito locus aduratur.

#### De educenda urina per artificium.

Si urina vesicam non egrediatur propter apostema moratur in collo vesice aut ex sanguine coagulato aut ex grosso flegmate aut ex lapide necesse est igitur ut ingenemus quomodo mingere possit. Faciamus artificium quod nominatur cantara i. e. pons factus ut calamus argenteus secundum hominum etates, pueris parvus et curtus, juvenibus longus et grossus secundum foramina virge sedeante que infirmus super scannum et fomentetur femus et virga cum aqua tepida et oleo et ungatur supradictum clistere cum oleo violato tepido et in foramine virge rectum mittatur donec perveniat ad virge fundum. Deinde suspende veretrum cum clistere ideo quia foramen est tortuosum et cum senseris clistere propinquum posteriori parte sine veretrum et clistere pendere a foris donec illud transgressum senseris usque ad vacuum ita ut clistere opilatum in foramine exteriori cum lana expoliatur ut ventus exiens trahat urinam quemadmodum pueri in cagnis opilatis faciunt plenis aqua. Sepe sanguis cum urina egreditur et fit de vulnere et scarificatione clisteris. Cum autem urina egressa fuerit oportet per eundem (sic) artificium album oculorum collirium immittere dissolutum cum mulieris lacte et engeniabis ut supradieta cum tenuiori facias. Valet enim multum.

#### De extrahendo lapide a vesica.

Diximus petre occasionem et ejus significata et medicinam. Sed si ex predictis non evaserit cum cirurgia curetur et ferro fundatur et extrahetur certissime. Scias quia in pueris est facile, sed postquam pubescit fit difficile. In pueris ideo quia membra eorum sunt tenua et humida et cito ab incisione sanantur. In adolescentibus etiam est conveniens quia natura fit proxima pueris, sequibus vero est molestum et grave quia membra eorum sunt secca et non cito a vulnere sanantur. Levius tamen sustinent incisionem et dolorem pro consuetudine et citius in eis lapis invenitur citiusque pro gravedine cadit foris, et quantus lapis grossior est et major tamen incisio et extractio fit levius. In parvo lapide fit e contrario.

Dum igitur petram per cirurgiam extrahere volumus, necesse est ut puerum per asellas suspendamus et percutias rectum in terram calcaneis sitis. Senex vero faciat saltum ut lapis ad vesice collum descendat. Deinde incurvans caput

in terra teneat manus inter coxas ut vesica super collum (262B) suum pendeat et tunc super vesicam manus extende ut ducas potram ad vesice collum et inquire a podice usque ad testiculos et si inveneris aut senseris lapidem ad vesice collum deductum tunc incide ut dicemus, sin autem ibi primitus deducatur. Si vero sic eum invenire non poteris oportet si puer est ut index digitus in podice mittatur et sagaciter interius lapis inquiratur et cum inveneris cum digitis adducas usque ad vesice oollum, in puer cum indice, in sene et adulto cum mediano digito, et cum inventa fuerit perduc eum ad superficiem cutis ut sensu videatur et precipie ministro ut a foris cum dextra manu conducat lapidem ad locum apertoris et tunc cum ferro acuto incide inter testiculum et podicem tantum ut digitus de intus retineat petram. Vulnus autem fiat ab una parte lapidis juxta podicem et in superficie amplum, ut lapis exire possit et in fundo angustum. Sit incisor audax et fortis non timidus et digitum intus firmiter teneat ut leviter exeat. Si sefellerit petre exitum ferro curvo extrahatur. Cum autem ferro extrahere volueris retineatur aliquo panniculo digitis intromissis ne rumpatur et ut petra exeat.

Postea sanabitur cum pulvere citrino aut pulvere olibani et aloes et sanguinis draconis et similium. Pone super locum ligamen panni duplicitis et ligum ligamine quod nominatur frenum. Si autem sanguis non steterit pannus qui superponitur infundatur aceto et oleo ros. et aqua rosacea similiter (sic l. simul) mixtis et jacet infirmus supinus sepeque pannum ita infusum mittat et superliga sitque ligatura in ore vulneris usque in diem tertium, ligaturam tamen non absolvias sed per diem paulatim laxabit ut urina non stringatur.

In tertio die absolve et impone unguentum nigrum usque in alium tertium diem. Si vero locus calet aut apostema fecerit, ungito cum prohibentibus apostema et inice in vesicam butirum aut oleum camomillimum et ligum coxas insimul ut medicamen non exeat et vulnus solidetur. Sed si ex accidenti canceratur curabitur ut diximus in canceroso vulnera. At si lapis parvus fuerit et in virgam ceciderit ligetur virga a parte inferiori et si non possit conducendo foras virgam extenderis ligetur virga a parte superiori et in medio cum ferro incide et sic extrahi iterum a superiori parte ligabitur et in medio cum ferro incide et sic lapidem extrahes. Cum vero ligabis extendes pellem ad superiore partem ligatur ut cum absolveris descendat cutis et cooperiat vulnus et munda gature ut cum absolveris descendat cutis et cooperiat vulnus et munda virgam de sanguine ne romaneat coagulatus et festina sanare cum cito sanativis.

#### De curanda hernia aquosa.

In primo nostro libro ubi recordati sumus infirmitates et occasionses eorum diximus de hac et sua occasione et ejus medicinam cum potionibus. Nunc dicemus quod medicina nequit facere qualiter fiat cum cirurgia. Oportet infirmum (263A) jacere in lata tabula et ponat pulvinar sub natibus ut altius stent et ponat sub testiculis lanam carminatam aut spongiam aut pannum dupplum. Medicus stet in sinistro latere, famuli in dextro, virga infirmi reclinetur super pecten aut in uno latere. Deinde tolle ferrum incisorium in medium flebotomi factum latum in summo et finde sacellum testicularum incipiens dum flebotomi factum latum in summo et finde sacellum testicularum incipiens a veretro per medios testiculos tendens ad anum usque ad medium saculi et a veretro per medios testiculos tendens ad anum usque ad medium saculi et manum intromitte donec venias ad panniculos, ubi testiculi sunt involuti. Si

autem humiditas vel aqua mitis fuerit accipe fectoria et infige in labris fissure et precipie ministris ut teneant et trahant cum hujusmodi fectoris vulnus aperatum et rade cum flebotomo vel penitus incide carnem vel excoria donec venias ad pannum ubi aqua est. Tunc saccellum findes a parte cava testiculi et extrahe totam humiditatem vel majorem partem. Itemque fectorios in labris fissi panniculi vel sacelli infige et suspendatur sursum et ita lectulus aque excoriatus extraheatur. Antiqui medici subabant vulnus et mittebant pulverem desiccavitum. Novelli autem suere nolunt sed ponunt medicinam sanantem et carnem inducentem.

#### De curatione hernie dure et carnose.

In alio loco nostri libri diximus quia hec hernia que ita fit, caro superflua est nascens in panniculis testiculorum. Caro ista aut est dura ut apostema aut dura ut lapis unde patiens magnum patitur dolorem. Sed si ferro eum medicari volumus facies ut supra diximus in aquosa et findes per medium sacculum testiculorum usquedum venias ad panniculos ubi testiculi sunt involuti. Si caro fuerit nata super testiculos oportet findere panniculum et excoriari ut superius diximus et ita aptabis cum fectoris. Quidam medici prohibent hanc ferro medicari eo quod multi inde moriuntur propter nimiam sanguinis emanationem qui stringi non potest. Sed medici sapientiores hoc modo medentur. Ubi caro dura nata fuerit incident sollicite ne arteriam tangant ita eleva testiculum sursum et extrahe de panniculo ubi involvitur et cave ne incidas ubi adheret nervus vel arteria unde pendet et ita secure superfluam carnem ibi natam abscedes. Si autem caro fuerit testiculo ut non possit separari penitus testiculum extrahe et proice cum toto carne. Sed si ita non fuerit permixta sed stet inter venas et panniculos oportet ut paulatim a panniculo et venis explicetur et extraheatur fisso sacculo ut diximus et ita caro incisa tota extraheatur. Si vero nata fuerit in panniculo qui est post testiculum, necesse est ut caro explicetur a panniculo et venis et ita testiculum (sic) incidentur et extraheatur cum tota carne. Nequit enim testiculus consistere sine carne in eo nata. Si autem fuerit (263 B) ut durum apostema et inde fuerit scirosin aut fit in testiculo aut in panniculo differentia inter scirosin et carnea, quia scirosin est durior et alterius facture, sed medicina utriusque est una et cum intellexeris scies.

#### De varicum curatione.

Oportet hunc jacere supinum et tenere naticas altiores capite et ita scrutando et palpando totum testiculum in venis unde pendet ligatus et due eum in iousum? (l. deorsum) et berniam in sursum, levius enim causa est ad cognoscendum quia vena est subtilior, durior fortiorque circumstantibus venis et cum stringitur homo dolorem non patitur. Teneatur ergo testiculus cum vena deorsum, minister suspendat cetera sursum et findes et excoriables circum, donec perveneris ad pannum testiculi. Si vero findes ut diximus in fissura arteriarum temporum postea tolle acum cum duplice filo et liga in collo sano unde varix est nata et scrutare et vide aliud caput ubi varix finitur et ligabit similiter, et inde duas ligaturas finde per longum et extrahe colericum san-

guinem qui est in vena varicis. Deinde medicaberis vulnus cum medicamine adducente et faciente saniem, donec ligatura cadat simul cum panniculo. Hoc enim medicamentum est perfectum habentibus varicem in vena et non in arteria. Si autem varix est nata in omnibus panniculis stantibus circa testiculos necesse est ut panniculi cum testiculo proiciantur. At si hernia fuerit cum vento erit de genere apostematis udimic. Ejus autem medicina talis fieri debet ut est in varice excepto quod in ventosa omnes arterie ligari debent sicut diximus in 5<sup>o</sup> capitulo hujus particule, cum diximus de apostemate nomine onossisma (sic!) capitulo hujus particule, cum diximus de apostemate nomine onossisma (sic!).

#### De ernia que fit cum descensu intestinorum.

Hanc infirmitatem et suam occasionem et significationem jam diximus. Cujus unum genus est de genere rupture siphac et aliud genus est quod tantum extendat siphac. Si autem fuerit de ruptura siphac, post pueritiam fit incurabilis. Si autem fuerit cum extensione siphac oportet ut ita cum ferro medicetur. Precipe infirmo jacere supinum et ministro ut extendat pellem inguinis sursum a ventre et finde pellem per transversum ut alibi diximus. Quidam medicorum non per transversum sed in longum findunt fectoris infestis utrisque partibus fissure, ut teneant vulnus apertum. Modus fissure fit: ut testiculus unus extrahi possit, fectori multi sint, ut bene aperiatur vulnus incisionis, postea siphac excoriables et separabiles acute vel corio inguinis. Alia fectoria interior finge ut adjuvent explicare impedientia. Cum autem siphac fuerit explicata a corio, mitte indicem digitum sinistre manus inter panniculum testiculi et siphac et explica ubi continetur siphac et immitte digitum indicem dextre manus intus et suspende testiculum cum siphac. ad vulnus tamen descendere ne dimit- (264 A) tas siphac ut non sit semper extensus superius. Ministro vero precipie tenere testiculum sursum ut certe ipsum explicare possis et palpa scrutando invenire intestinum. Cum autem inveneris reduc illud superius in ventre et habeas acum cum duplice filo grosso et forti et mitte acum ubi siphac fissura finitur et incide filum ut filum habeat IIII or capita et mitte capita in modum crucis et ligabis siphac cum his capitibus fili ne sanguis arteriarum descendat vel exeat aut ne faciat vel genere apostema. Preter ligaturam superius dictam in siphac facies aliam longe ab illa parte minus spatio digitorum duorum et sine de siphac super cum sutura quantum existit digitus unus quod superfuerit incide penitus. Postea finde pellieulum testiculi in alio loco unde pus et sanguis exire possit et purgari. Super vulnus habet pannum oleo ros. infusum et ligaturam. Antiqui medici mittebant infirmum in balneo per VII dies unoquoque die duabus vicibus et maxime pueros, ut essent securi ne apostema calidum nasceretur et ligatura citius caderet.

#### De preparatione inguinum.

Cujus medicina est ut locum per transversum incidas mensura trium digitorum. Ministro precipie ut teneat siphac et szibum i. e. sevum. Cum autem videris siphac, cum tantula remitte intestinum intus et sue utramque partem siphac, tamen tantula sit semper intus ne intestinum prosiliat donec suatur penitus siphac ut tantula vix extrahi possit et sollicite fac, ut festine

suas cum acu unde tantula exivit. Cave in hujusmodi incisione ne quomodo libet recidas de siphac, postea euretur ut vulnus donec sit sanum.

#### De curis testiculorum molliciei.

Aliquotiens pellis testiculi extenditur in longum non patiente testiculo aut ejus panniculis, sed tamen turpiter videtur. Cumque medicari volueris oportet superius jaceat et tunc mitte clovam in pelle superficia testiculi et incide pellem que est superficia cum forcice et cum sirico filo sue atque pulverem citrinum superpone donec sanetur.

#### De castratione

Castratio est res preter naturam et philosophis est abominabile et medicis, quia medicina est regere sanitatem aut revocare infirmos ad sanitatem, ad naturalem convertere complexionem, sed castratio est contraria medicine, quia quod naturaliter fit, facit esse extra naturam. At tamen quia potentiores homines habere volunt custodes mulieribus inquirunt medicos quomodo hujus modi fieri opus possit. Ideoque placuit mihi hic libello notare qualiter fieri possit, ut liber noster sit sufficiens ad omnes. Castratio fit duobus modis: aut incisione aut extractione. Incisio fit duobus modis: aut veretri et testiculorum aut testiculorum tantum. De contricione eunuchi oportet puerum (264B) aqua calida intromitti et diu morari et cum testiculorum pellis distenta fuerit inter manus diu conterantur ut penitus tumescant. Castratio testiculorum cum incisione hoc modo fit. accipe testiculos cum pugillo sinistre manus inter utrumque digitum et bene extensis liga eos ne redire possint intus et finde sacculum pellis ubi continentur super utrumque testiculis (sic) donec testiculi prosiliant, tunc excoriabis eos panniculis et recides et proicies et pone pulverem desiccativum ut est citrinus. Hec enim castratio melior quam contritio est quia ex contritione plerumque incontorsi remanent et hi coeunt. Alius incisionis modus hoc modo fiat: ligentur a pectine fortiter ut testiculi et vererum sint post ligaturam et cum incisorio acuto frigido vel ignito recide, postea cum pulveribus sanguinem stringentibus medicare ut est aloes thus sarcocolla, sanguis draconis pannoque ligabis donec sanguis stringatur et postea cum unguentis vulnera sanantibus medicetur.

#### De hermafroditis.

Hec licet fit naturaliter tamen naturalis est in viro et muliere. fit vero IIII or modis, tres modi in viris, quartus in mulieribus unus qui fit in masculis est in pectine, alias inter testiculos vel ut vulva mulieris pilosa ut et in feminis. tertius modus est hujusmodi sed fortior quia et per virgam et per vulvam mingit. In mulieribus vulva fit in pectine et sub vulva vererum, post vererum maximi testiculi. De virorum hermafroditis unde mingit non est opus medicamen quia incurabilis. est. Illius autem hermafroditis de qua non mingitur medicari possumus incisione et adustione et cum unguentis sanativis curare. Similiter et in muliere.

#### De curatione hemorroidarum, verrucarum perrorum vulva natorum.

Aliquotiens nascuntur porri verruce et emorroides in vulva mulieris quas oportet medicari. Supina ergo jaceat apertis coxis et cum a(d) miniculis infectis verrucis vel porriss seu emorroidis aut aliqua carne superficia ibi nata preter naturam trahatur et foris extense radicitus incidentur cum forcipibus et sanetur cum pulvere sanativo et desiccative.

#### De operatione vulve clause naturaliter aut accidentaliter.

Que non possunt coire masculis clausum habent os vulve et fit hoc aut naturaliter aut extra naturam. Naturaliter que ita clausa nascitur cum panniculo aperto. Que fit extra naturam aut ex percussione aut ex re aliqua ibi nascente et fit vel superius in pectine vel in medio. Hec enim clausura aut penitus fit clausa et conjuncta aut caro nascitur inter medium ideoque prohibet fieri commixtionem virorum et mulierum parturitionem et purgationem. Aliquotiesque est menstrua. Cum autem hujusmodi inveniatur necesse est habere obstetricem promptam (265A) que causas perpendat ut patiens apertis coxis supina jaceat et obstetrix cum digito sagaciter inquirat in vulva quid sit et ubi sit illud quod obstat, sed si digito nequit, cum tantula circumspiciat et inveniat. Si autem clausura est carnis conjuncta necesse est ut cum cultro sindatur et fiat in modum naturalis. Si vero caro ibi superficia in medio nata fuerit oportet carnem infigi hamo et extrahi ut incidatur. At si fuerit panniculus quem nos siphac vocamus, oportet hamo extrahi ac penitus incidi, deinde ponere medicamen quod stringat et desiccare sanguinem et sanare unguentis sanativis.

#### De curatione apostematis seu putredinis in vulva<sup>1)</sup>.

Cum nascitur apostema in vulva, si talis fuerit quod cum ferro possit curari, necesse est penitus incidi. Si autem fuerit putridum, oportet adhiberi maturativa et findi ut possit extrahi putredo, quia apostema hoc dissolvitur et vulva est principale membrum. Postquam hec feceris, necesse est mulierem iacere supinam et sub natibus ponere pulvinar. Deinde erubibus elevatis sursum manus utrasque suas teneat super ventrem coxis ad collum sui ipsius ligatis. Tunc obstetrix a latere dextro molles factas in medium forcisis cum areu facto in medio ut vulva patens sit quo intro possit aspici. alia mulier hoc artificium teneat ne claudatur et obstetrix unctis digitis oleo violato intro missis. sagaciter inquirat et apostemate invento in melliori loco apostematis flebotomum inter duos digitos infigat et pungat et circumpressis digitis omnem putredinem extrahat. Cum autem apostema fuerit ab omni sanie mundatum in vulnere apostematis intromitte tantulam oleo rosato intinctam et longuam ut super sit a vulva tenens usque ad pectinem. Postea lanam carminativam in sisamo oleo intinctam super femur pone et liga usque in tertium diem. Post vero diem tertium solve et fac mulierem sedere in aqua tepida et tantulam

<sup>1)</sup> Vgl. hierzu de Renzi, Coll. Salernitana I, p. 171.  
Hier befindet sich auch die Abbildung des beschriebenen Instruments nach dem Msgr. CC. der Bibliothek von Monte Casino.



unctam emplastro basilicon liquefacto cum butiro ac oleo rosato intromitte foris in femine superpone emplastrum de sandalis et memite ut non superveniat calidum apostema. Si autem vulnus propter supradicta mundatum non fuerit necesse est ut lavetur apostema cum aqua ubi fuerit coctum yreos et aristologia rot. et cum clisteri intus proice, deinde cum unguentis carnem reducentibus medicetur. Si vero apostema fuerit intus tenens usque ad collum matricis oportet dimitti, ne cum ferro tangatur ut aperiatur..

#### De mortui fetus extractione.

Cum mulieris partus sit periculosus et non possit parere, medicinis partum adiuvantibus succurrere oportet. Quodsi non prosint et infans non exerit, considera mulieris virtutem. Si debilis sit et sincopim patiatur aut si interrogata fuerit et non respondeat (265B) aut penitus non audierit vel debili voce et tenui responderit pulsusque parvus ac debilis fuerit non incipias medicari cum ferro. At si fortem eam videris et bonum babere appetitum et cognoveris eam hujusmodi laborem medicaminis posse sufferre, locabis eam supinam in loco eminenti et multitudine seminarum (überschrieben: mulierum) circumstare que adjuvent, quarum una teneat pectus ne vacillet, alie aperiant vulvam ab utrage parte et vulve collum. Tunc obstetrix manum sinistram oleo violato intinctam tribus digitis conjunctis et extensis mittat in vulvam et iterum manu tota oleo violato uncta inquirat intus ubi infans existat. Si autem invento infante caput ante veniat, figat amos (= bamos) in ocellis et in occipite et ita extrahatur. Si vero supradictis locis amos infigi non possit, figuratur in palato vel sub mento vel in collo spondilli. Si autem pedes ante duxerit oportet ut in pectine amum infigatur. Sin autem infigatur in anchis utriusque partis fili amunculorum pares existant et equaliter ab utrisque partibus trahantur ut per medium recto tramite deducantur. Cum autem pecus (sic l. fetus) venire senseris sine filo et duobus digitis oleo unctis intromissis circumquiere pecus et quasi excorietur explicetur a membranula herenti matrici ac tunc amunculos equaliter trahes. Sed si pecus movere senseris mutabis amunculos in antea ut melius extrahi possit. At si manus ante duxerit et non poterit introduci oportet manum vel brachium involvi aspero panno et ita extrahere. Cum autem foris fuerit, usque ad humerum recide et si ambo brachia simul iuncta fuerint facies similiter. Si autem pedes anteduxerit similiter extrahes et foras extracta precides in anchis. Postea inquire totum corpus. Si caput maximum inveneris, inter duos digitos habeas cultrum et finde caput. Postea cum tenacibus intromissis omnia ossa capitis conterantur. Si vero propter caput impedimentum non fuerit sed pro pectoris magnitudine, similiter oportet pectus fini usque ad vacuum, ut humor pectore intercluso excutiatur. Si non pro pectori sed pro ventris magnitudine fuerit, findatur venter ut humiditas exeat, venter attenuetur. Puer autem exiens pedibus ante ductis leviter exire poterit donec veniat usque ad humeros. Multotiens exeunt humeri et retinetur caput. Oportet incidi ut superius diximus vel manu oleo intincta immissa et amunculis infectis (sic) extrahi. Verumtamen si collum vulve "parvum" fuerit vel apostema habuerit, ut non possit manus intromitti, necesse est manum maderfactam plurimo oleo tepido et pannum in aqua tepida infusum superponere,

aut mulier in aqua tepida sedeat, ut nervi mollescant et vulve os atque matricis aperiatur ut facile exire possit. Si autem exerit curvo dorso, necesse est parti- (266A) culatim incidi et ita extrahi, et si sanguis superabundanter manaverit curabitur ut diximus in sanguinis fluxu et deus in adjutorium nostrum.

#### De secundine expulsione.

Si secundina remanserit et non exerit et vulve os fuerit apertum et secundina in latere duro, fuerit glomerata facile exibit.

Oportet ut manus ungatur oleo sisamo aut violato et intromissa manu eam inventam et acceptam extrahat. Si vero profundior fuerit similiter cum manu trahatur non tamen virtuose sed paulatim circum circa huc et illuc trahendo excutias ne vulva confundatur. Si autem os vulve clausum fuerit pro apostemate vel clausura aliqua medicetur modo supradicto alio capitulo. Sed si insinuata non exerit ne timeas quia per se marcescat et exibit ac ita curabitur.

#### De emorroidis.

Qui emorroidas patiuntur hoc modo cognoscuntur. Dolorem patiuntur in posteriori sicut diximus ubi recordati sumus de infirmitatibus et eorum significationibus. Fiunt autem multis modis. Alie enim tendunt ad vesicam, alie ad nodum coxe alieque tendunt ad grossum intestinum, omnesque sunt incurabiles. Similiterque sunt fistulatae aut que sunt in membro ubi sunt multe vene et membrum iuxta ossa existit. Cetera genera emorroidarum facile ferro curantur ita. Infirmus supinus iaceat et genua illius ad ipsius buccam suspendantur tantulaque in emorroide missa mitte digitum in posteriore et si expedite tantula cum digito jungitur scias recte ad intestina exit. Hunc findere aut incidere non debes, quia si incidatur spasmus patietur et preter voluntatem sterco exibit. Si autem immissa tantula non sentitur nec intus penetrat quantum tantula introire potest, cum cultro acuto finde super tantulam usque ad radicem et melior est incisio que fit cum cultro facto in modum faleis. inquile etiam si potes cum digito aut ferro tenui panniculos qui sunt velut spongia et excoriabis ac extrahes. Cave cum incideris ne musculos incidas quia pejor infirmitas inde exoritur preter voluntatemque emittes sterco et facies genus fistularum. Facta incisione de bombace veteri statulam factam immitte per diem i.e. in alia die fac tastam et unguento basilicon intinctam immitte. Si autem apostema calidum supervenerit egyptimabis supradictis ut mitescat apostemate sedato curabis cum basilicon unguento. si emorroidae sanguinem proiciant et datis per os medicinis curari non valeant necesse est ingenari ut medicentur cum ferro. Infirus etenim supinus locandus est ut superius diximus in loco luminoso et claro. Tunc cape cum burcella unam ex emorroidis et a radice secabis. Hoc modo omnes incide emorroidas preter unam aut (266B) duas quas dimittas ut dicit ypoeras. Cum autem incise fuerint superpone pulverem istum qui Rp. boli armenici cornu cervini usci carte bombycis incense et similium. His tritis et pulveratis locum imple ut sanguinem stringat. Tunc ligabis ligamine facto ut frenum ut non solvatur. Quidam enim incident sed cum bursellis extendunt et ligant a radice cum filo sirico torto et desinet donec cadat. Si autem ceciderit, linteolum infusum oleo tepido superpone et ligamine freni stetque infirus immobilis

et non exercitetur. Postea locum cum oleo rosato tepido unge et super oleum medullam panis cum pulvere croci pone et omni tertio die lavetur cum vino nigro pontico usque ad perfectionem.

De nodo et cissura ani

Aliquotiens in ano fiunt glandule nodi ut in vulva fit. Nascuntur enim ex calido apostemate aut fissura. In initio nascitur ut emorroi posteaque efficitur nodosa. Medicina talis fiat ut medicina quem (sic) diximus in vulva i. e. ut cum bursellis capias et extendas atque recidas et superpone medicamen dictum in emorroidis recidis. Cum autem ragadie fiunt in ano et non curantur medicamine dicto in suo loco oportet ut locus fricetur ferro aspero donec omnis asperitas loci fissure cadat postea cum unguentis sanabitur.

### De uno carente foramine

Multotiens infans nascitur clauso podice et aliquotiens clauditur in viris et mulieribus propter vulnus neglectum. In naseente p<sup>ro</sup>ero cum invenitur oportet ab obstetricie cum acuto ungue et digito pertundi. Si autem cum digito nequit fiat ferro. Postea tastulam factam panno in vino afro intinctam mitte et extrahendo atque mittendo persevera multis diebus vel inbutum plumbeum intromittas donec solidetur. Si autem fuerit per negligentiam vulneris oportet pertundi et findi cum cultro et superpone spongiam infusam vino afro et ligabis ligamine freni. In die sequenti unguento sanativo ungat et semper inbutus plumbeus sit intus usque ad perfectionem.

## De varicibus et medinis que vena sunt appellatae

Oportet varices in ventre aut in crure natas ligare ab utraque parte in loco sano cum filo sirico et inter medium ligature findere et mundare sanguinem putridum atque panniculos putrefactos. Deinde medicetur sicut diximus in medicamine arteriarum temporum. De vena in eadem medicina talis fiat. In capite vene finde et extrahe caput vene sollicite et leniter ut ex ea parum appareat. Si autem tanta foris exierit ut possit torqueri cum plumbo torquatur (sic) et ligabis cum filo ut non retro cadat tortura ad crus et omni die torquebis donec prosiliat (267A) tota et ita facies in brachio. Si vero in principio cum plumbo torqueri non possit cum filo aut seta fiat et omni die torqueatur donec plumbum possit immitti et facere ut diximus supra et abluatur locus omni die aqua tepida donec sanetur.

## De incisione corruptarum extremitatum

Aliquotiens putrescant extremitates corporum ut manus, pedes, prius caro deinde ossa et accidit ex acutis infirmitatibus quas natura expellit ad superficiem a nobilibus membris ad extremitates ut manus, pedes, calcaneum, que prius luescunt, postea putrescant et fit hoc aut ex contusione aut ex apostemate aut ex nive que extinguit naturalem calorem. Cum membrum putridum fuerit oportet ex toto recidi ne sana destruantur, prius caro putrida usque ad ossa excidatur; deinde ossa serabis sollicite facias et particulatim carnem, non simul undique incides ne sanguis inde fluens sit impedimentum sectioni vel ne vene

aut arterie rumpantur et inde homo moriatur. Sed si caro putridissima fuerit non est verendum de sanguine non est necesse precidi prius ab arteriis et venis sed fiat in carne subita incisio usque ad ossa et sic confessim secabis ossa cum reliqua carne. Cum autem secabitur oportet linteolum aque infusum in sectione ponere ne sanguis superveniens serre impedit et ne serra excidat et cadat super sanam carnem faciatque dolorem. Post sectionem arterie et vene incendantur ut sanguis stringatur. Deinde ungentis sanetur.

De scabie unguium.

Aliquotiens caro superflua nascitur subtus unguem que cooperit eam et hoc unguibus accedit manuum et pedum pedibusque sepe offenditur casu vel ietu. Manibus fit ex panaricio nascens in digito cum dolore et pulsatione unde pus exit et vitiatur unguis et fit seraba ac super unguem unguis nascitur propter putredinem non purgatam, aliquando pars putrescit, pars destruitur, aliquando tota, aliquotiens etiam ossa putrescent subter unguem unde digitus amplior fit et livecxit. Medicetur taliter. unguis putrida incidatur penitus, postea caro putrida ibi remanens incendatur quia ex neglectu fiet cancerosa. Si autem neglegatur in postero cito patrescente secabitur. Sed si unguis et ossa sana fuerint unguis tamen circumpressa flunt a carne ut dolor sit fortis et fuerit ut calidum apostema, oportet acum vel ferrum subtus unguem mitti et elevari et quod superfluum videtur incidi a lateribus. In carne vero que super unguem replicatur superponatur pulvis comedens et constringens. At si caro nimium supercereverit, ut maxima pars unguis cooperiatur, oportet carnem superfluum (267B) cum cultro acutissimo incidi et pulverem gallorum mitte et sevi sanari.

De fractione sua.

Multotiens unguis dolorem patitur ex contusione ictus aut solo ictu. Necesse est ut unguis ferro incidatur transverse quia si recta fiat incisio rascitur caro in medio unguis que compressa ab utraque parte maximum fecit dolorem. Cum autem unguis inciditur vel pertunditur purgetur ex corrupto sanguine et statim dolor sedabitur. Post duos dies incisionis iterum comprimat ne aliquid humiditatis remaneat que sit causa putredinis et superpone medicinam que apostema dissolvit et dolorem mitigat ut est lini semen et malve mellilotae trita et concocta cum aqua coriandri. Complevimus ad libitum de opere manuum que sit cum incisione nunc autem dicemus qualiter fiat cum adustione.

De incisione capit is ob diuturnam obtalmiam anelitum et elefantiam faciei.

Diximus de manuali operatione que fit cum incisione, nunc dicamus de ea que fit cum ignis adustione nec est necessaria in omnibus locis vel omnibus complexionibus sed convenit locis quibus nimium dominatur putrida humiditas vel complexioni male frigide et humide. Illa que non potest purgari cum medicina calida et desiccativa coquimur in igne et adustione medicinae post quem non fit desiccatio. Desiccatio que fit cum medicinis aut fit calida in virtute aut in actu. Quantum enim medicina fit calidior tanto magis desiccator ut piper euforbius aut urens ut calx vitride eris vel auripigmentum. Quando ambo iunguntur in ustione ignis utraque vis in se ubi fit medicina hujusmodi

necessaria fit in locis frigidis et humidis putrescentibus. Ideoque necesse est dicamus infirmitatem cui convenit ustio ignis et qualiter fiat in unaquaque infirmitate et incipiamus a capite, deinde ordinatae subjacentibus membris. Primum de incensione capitis qui patiuntur corizam et que descendit in oculum et qui habent orthomiam (= othropnoeam) de materia multa et humiditatem descendantem a capite et de cognitione (sic! l. coctione) arteriarum temporum et de coctione pilorum superfluirum oculorum et de coctione fistule que fit inter nasum et oculum et de titillo urere et apostema pleuresi et epatis atque splenis et stomachi et scie et aliorum membrorum ordinate. Antiqui medici utebantur ustione ignis in capite illorum qui patiebantur corizam et qui hujusmodi semper habebant oculos et qui habebant orthomiam de humiditate descendantem a capite in pectus unde et pectus molestatur, pulmo vulneratur. Oportet hujusmodi patientis caput (268A) radere in medio et pertundere cutem cum ferro ignito usque ad ossa sitque ferrum incendens factum in modum nuclei olive. Cum autem caro et cutis pertunsa fuerit ferro rotundo in capite secato ut lima ossa circumvolvendo radantur. Si autem humiditas capitidis multa fuerit necesse est ut ossa incendantur donec scara cadat ex osse ut humiditas capitidis per hujusmodi loca dissoluta purgetur. Incensio vero multis diebus sit aperta et cum humiditas desiccata et purgata fuerit, sanabitur cum unguentis convenientibus vulneribus et illis unde vereris ne in lepram incident necesse est ut incensio fiat in V partibus capitidis, una in summa fronte, unde fit capillorum principium, alia in medio capitidis ubi est mollicies puerorum. Tertia super concavum collis (sic) retro in occipite. quarta in parte sinistra in iunctura super auriculam. quinta similiter supra dextram auriculam. Omnes supradictae incensiones cum cauterio fiant rotundo et sint usque ad ossa et ut eleventur inde scara et sumi putridi corruptentes cerebrum et faciem habeant loca exhalationis et purgationis. Quia si humiditas a cerebro in oculos descendit per hec loca purgari intente scias.

#### De incisione (sic) arteriarum temporum.

Quidam medicorum malunt incendi temporum arterias quam extrahi quia verentur fluxum incurrere et cauterio tenui et amplum quantum fuerit arteria incendunt. Tunc arteria constringitur et sanguis non erumpit nec exit atque incensiones tamdiu aperte dimittuntur quoisque patiens ab oculorum passione videtur liberatus. Deinde cum supradictis unguentis medicatur.

#### De incisione (sic) pilorum in paupebris (sic).

Si pili transversi pauci nascuntur in palpebris oportet evelli cum bursellis et in radicibus pilorum evulsi cum cauterio argenteo aut ereo subtillissimo incide et sic in multis et paucis et non amplius renascuntur. Quidam medicorum nolunt incidere (sic) sed adurunt adustivis speciebus. Signant quantum superflium est pellis palpebre et superponunt in casside medicamen adustivum et die uno et nocte dimittunt. Alio die levato medicamine ungunt locum cum paoco oleo et iterum medicamen simile superius ponunt, sic usque in tertium diem donec cutis cadat<sup>1)</sup>. Postea sanabis unguento. Si autem

<sup>1)</sup> Randbemerkung von gleicher Hand: postea lavant locum aqua tepida donec pellis usta cadat.

palpebra superior superflua nimium fuerit, post ustionem cum sanare velis, superpone constrictiva ut acacia, terra armenia, galla, alumem et similia. Si autem corium superflium cum medicinis aduritur, necesse est ut mitiges cum oleo et diaquilon unguento.

#### De incisione angulorum oculorum.

Diximus in alio loco nostri libri quod garab est apostema nascens in (268B) lacrimabili oculorum destruens os naris ut fistula fiat. Hoc apostema (te) invento et nondum in sanem converso oportet ut in circuitu precidas donec attingas naris os et evulsa carne putrida inquire ossa. si sunt nigrae aut viridia, cum cauterio incendantur iterum et iterum donec perforentur penitus ossa naris. Signum cum perforata fuerint hoc modo cognosces. opilabis nares ossa naris. Si videris fumum egredi per foramen cum cauterio factum, et emitte flatum. Si videris fumum egredi per foramen cum cauterio factum, scias ossa naris penitus esse perforata. Cum in supradicto loco incendis linatum infusum aqua super oculum pone ne obsit oculis. Tunc tantulum unctam de raminis viridis distemperato cum butiro immitte donec circumrodat putredinem inclusam et ossa sana et pura remaneant. Intermisis diebus mitte tantulum et aliis pone bombicinum vetus in plaga usque ad effectum.

#### De incisione titillaginum.

Aliquotiens ossa humeri exiliunt et accidunt aut ex labore maximo aut casu aut percussione aut nimia humiditate faciente locum lubricum. Si autem titillus junctus fuerit et sepe resiluerit et disjungitur necesse est incendi. Precipe infirmo ut jaceat super locum sanum et brachio suspenso sursum accipias pellem que sub ascella est cum bursella in locis duobus spatio interposito et inquire per foramen cutis factum cum cauterio cum plumbea tanta. Si autem inveneris locum vitiatum esse, in medio foraminis desine. Sin autem ibi sentitur locus ossis disjunctus adure. Ypocras in epydimia precepit fieri hujusmodi cocturam. Coccio autem nec profundius fiat propter musculos et nervos ne apostema calidum oriatur. sufficit enim pellis perforatio. deinde porros contritos cum sale superpone, ut perseveret multis diebus. Caveat exercitium et laborem donec sit sanus.

#### De incisione ex pleuresis (sic) vulnere.

In medicando hujusmodi apostemata non est ratio incendi vel incidi sicut quidam faciebant. Unum ex duobus fit inevitabile aut enim moritur homo aut verteatur in fistulam. Uterque modus est incurabilis. Necesse est itaque cum invenientur post pleuresin incendi cum radice aristologie longe. Radix in oleo intineta et igne accenso in catela (sic) gule incende unam maximam incensionem vel duas parvas et super mamillam computa costas priores a prima que est sub gula numerando descendens subtus ad mamillam et inter quartum et tertium vacuum coste incende super ambas mamillas et versus iterum in dorso coquere inter quintam et sextam costam duo stigmata a latere apostematis et una coctio in medio stomachi fiat, nec debent fieri funditus et stude ut necesse est. Cum autem sanare velis cum unguento albo sanabis.

De incensione epatis.

Si autem fuerit apostema in epate (269 A) cum gravedine et dolore dextri lateris manifestum sit esse apostema super carnem epatis. Si vero dolor sit nimius certum est pus habere in siphac epatis. Sed si medicatur cum medicinis dissolventibus apostema et cum ceteris et non prosunt, tunc necesse est incendi cum cauterio tenui bene ignito et in fine egatis quattuor digitis super inguinem et subtus epar digitis duobus. Incende cum cauterio supradicto ignito. cutem perforabis et siphac, ut pus egrediatur. Post purgationem putredinis superpone lenticulam pistatam cum melle. Exinde utere sanativis

De incensione splenis.

Si vero in splene duricia fuerit et non curatur medicinis in suo loco dictis oportet incendi cum cauterio triangulo. Quidam incendunt in locis VI . quidam cum simplici . quidam cum triplici vel sexcupli cauterio incendunt et dimittunt, donec duritia splenis mollescat.

## *De incensione stomachi*

Si autem stomachi longam patiatur infirmitatem de frigida et humida putredine et medicinis desiccantibus et calefacientibus non curatur, oportet incendi sub tenero osse pectoris cum ferro ignito non multum tenui . sed si multa fuerit humiditas versa in putredinem et infirmus jam incipit tumescere, fiant due incensiones preter superius dictam . una ab uno latere alia in alio et cave siphac ne tangatur cauterio cum incenditur ne spasmus incurrat. Locus enim nervosus est et sufficit perforatio pellis vel cutis et sint aperta stigmata cum nodis ut multo tempore perseverent. Quidam multis incensionibus in stomacho incendebant cum gumma de quercu egrediente cum qua incensa superstillando calidam et accensam pro cauterio utuntur et profitentur hujusmodi humiditatem desiccari

De incensione ydronici

Si ydropieus potionibus non curatur et incidi non velit ut extractio fiat per artificium sicut diximus oportet unam in stomacho faciamus incensionem aliam super epar aliam in splene super pectinem et subius umbilicum V. si vero cauteria cum igne facta ferre nequit, fiat cum lignis de ilice accensis. Sepe enim hujusmodi incensio valet ut incisio.


De spūtatione (sic) que necessaria sunt medicinae.

Aliquotiens aquosa ernia curatur incisione. Incendatur itaque cum ferro in modum crucis facto, postea cum cauterio ita facto ( ). Incendatur in medio testiculorum, item postquam cum cauterio ignito fissum fuerit oportet excoriari ut siphac appareat. tunc utraque capita cauteriis facta ut crux ignita in uno ponantur et reliqua duo in alio et insigatur tam diu donec ad humiditatem perveniat. excussa aqua panniculum involutum testiculo cum amo (269B) apprehenso suspendit et incide cum cauterio facto in modum cultivatus ( ).

<sup>1)</sup> Offenbar handelt es sich hier um eine falsche, dem Inhalt des Kapitels nicht entsprechende Überschrift.

*De fractura tumori et rubori et similibus commixta.*

Cum crepatur homo in inguine aut sit ex distensione siphac vel ejus ruptura. Incisionis medicinam supra diximus. Quidam tamen blasphemiant incisionem et incisionem malunt. Que fiat hoc modo. Fac infirmum paulatim exercitari tunc surgat erectus et stet ante te fortiterque füssiat et extendat brachia sursum donec videaris velut apostema in inguine elevari et in medio apostematis ut glandulam significabis cum incausto aut carbone extincto, ut tribus locis incendatur in superiore parte inguinis ubi apostema consistit. Pone duo cauteria in inferiori parte apostematis unum hoc modo :: iaceat supinus et inferior pars incendatur cum cauterio facto ut bulla acuti in capite iterum cautere factum ut  $\frac{1}{4}$  pone ut teneat caput in medio ferri facti in modum len-



ticule et minutatim pungatur  Oportet famulos semper habere tecum  
ut humiditatem excuntem extergant. Temperatis fit usque ad siphac, in siccis  
minime ne veniant ad tetanum aut in calidum apostema. In crassis vero pro-  
fundius fiat. Postea porri cum sale triti ponantur et liga cum ligatura freni  
cum opus fuerit sanabis lenticulas melle et similibus.

### De ruptura cranei.

A scia qui molestantur per longum tempus et non sanantur supradictis medicinis sepe ossa ab ossibus sejunguntur et tenuescunt tibiae et claudicant propter humiditatem coadunataam in nodo. Unde nodus sit lubricus et exilit a coniunctura. Oportet itaque citius quam tabescant vel claudicent succurrantur incensione. Cauterizabis in vertebro cum cauterio ut clavum in capite habente et funditus fiat incensio pertunsa eute ut humiditas interclusa executiatur. Quidam tribus locis cauteria imponunt: unum super ancam et aliud super genu de foris et tertium IIII digitis super cavillam exteriorem. Quidam faciunt artificium ut in cataraectis cauterium hujus modi habens interpositos nucleos dactilicos factos de eodem ferro hoc modo ——— quidam IIII faciunt in circuitu et jaceat insermus super sanum latus et ita cauterizatur. Postea porri triti cum sale tamdiu superponantur donec pus desicetur. Postea sanabis sanantibus.

### De curratione colli apostematis ex cirurgia nascentis.

In ossium contusionibus et luxationibus et in percussionibus ut casu vel in contusso aut disjuncto qui operam dederit hujus artis oportet scire universalem regulam, ut non decipiatur in suo facto. Postquam complevimus quod oportet in manuum opera- (270A) tionem que est in carne, incendere, findere, suere et quoecunque modo manus operatur in carne, necesse est ut dicamus deinceps de medicinis que sunt in osse et quoecunque modo rumpantur et in luxatis. In primis docibo universalem regulam necessariam volentibus hanc artem exercere et assuescere. Oportet eos scire iuncturas ossium locorum et figuras qualiter consistant vel sint facta et quomodo cum aliis conjunguntur membris et oportet similiter scire musculos ossa cooperentes ut si

aliquid accidens supervenerit vel si deficiunt ab actionibus suis vel si moventur de suis locis et suis figuris scias aut ruptum vel luxatum vel revolutum. Ruptum est ut si duo fuerint insimul ambo rumpuntur aut unus si fuerit simplex, ut in tibiis et in brachiis. Luxatio est disjunctio catherationis locorum, revolutio est non exiens a suo loco, sed torquetur in quadam parte, ossa rupta cognoscuntur visu, si penitus fuerint rupta, quia ruptura ossum (sic) intromittant se et ossa et loca eorum sunt vacua carne. Si autem ossa non fuerint ex toto erupta et tactu cognoscitur inquirendo hoc modo, extendens manum super loca ossum, si autem loca muntoosa (sic l. montuosa) fuerint subtus manus et ossa crepitant scias esse erupta. Disjunctio juncture (si) fuerit parva et non ex toto exilit, oportet palpari et sentiri. Si autem ex toto exierit locus a loco visu ut potest videri in humeris disjunctis et in cavillis manuum, in quibusdam locis disjunctis sepe minime dinoscuntur ut spatula sepe sit disjuncta. Si autem spatula fuerit disjuncta in summo humeri et apostema calidum ibi nascitur difficile cognoscitur. Similiter sit in ossibus cubiti, si unum exierit et aliud non. Cum autem dicimus medicamentum singulare uniuscujusque membra, ibi insinuabimus qualiter patientia loca cognoscantur particulariter. Hie in primis dicimus regulam universalem convenientem ossibus ruptis et disjunctis et qualiter infirmi conducantur. Oportet hanc artem exercentibus ut primo sciant si ruptura fuerit simplex aut composita. Simplex est cum os tantum fuerit ruptum. Composita si caro fuerit erupta vel habuerit apostema, et postea sciat dirigere et sedare duritas supervenientes fracturam que non permittunt expedire. In principio necesse est minui sanguinem nisi obviet etas, virtus vel tempus. Post diminutionem sanguinis dabit ad bibendum exagium unum armeni boli cum scirope iulab. postea dabit laxativum ut est manna tamariindi cassia fistula apozema pruni aut culibileb i. e. mercurialis aut cum apozemate viole secundum necesse est et virtutem infirmi. Dietabis frigidis dictis ut non superveniat apostema mem- (270B) bro infimo. Si autem locus fuerit percussus sine ruptura et separatione omnia supradieta non sunt necessaria. Sufficit superponi epithima de mumia boli armeni cum aqua mirtina. Si autem os simplex fuerit ruptum sine ruptura earnis et apostema oportet locum extendi ab utraque parte suaviter. Cave ne violenter facias, quia sepe inde accidit apostema. Cum autem ossa fuerint regressa ad sua loca linteolum unctum sanativis rebus in locis ruptis circumvolves et insuper eannulas in modum erate aptatas cum filo deinde ligabis cum fassiotis nec multum aspernis nec multum molibus et incipe ligare a medio fortiter usque sursum similiter a medio usque visum ab utriusque capitibus laxius, in medio vero strictius. Cum autem ligatum fuerit prospice ut equalis fiat et non muntoosa et secundum loca rupta siant eannule, in coxis late et fortes, in aliis locis tenuibus tenues et longiores sint rupturis digitis tribus vel III<sup>or</sup>, in coxis etiam magis III<sup>or</sup> et sint remote ab invicem in medio digito uno et in gibbo rupture sit ligatum fortius. Cave ne capita cannarum sint super nodos ossum. Oportet eannulas vel tabellas tenues ligari duplii filo ut filum subtus veniat et alind supervenientis ambiat omnes eannulas vel tabellas coherens eas et suens in modum eratis, cumque super ligata fuerint cave ne multum sint stricta ut non doleat

et si stricta nimis fuerint solve et lenius liga. at si locus prurit absolve et cum aqua tepida lava et parum insolatum dimitte postea linteum infusum oleo et aceto et aqua rosata superpone. In primo die et secundo et tertio leviter liga paulatim deinceps fortius donec videris aut senseris conglutinari. postremo paulatim lenius liga quounque sanum sit.

#### De fractura narium.

De ossibus fractis medicandis cum apostemate et ceteris infirmitatibus compositis et in locis ruptis ubi ligatio fieri potest et in rupturis gibbosum vi- tiosae propter negligiam sanatis ruptura que cum apostemate sit oportet epitima superponere de sandalis rosis succo scarole aut cum succo coriandri vel sempervive et simili. Ligetur cum ligamine earente aspredine. In erastinum solve et iterum idem epithima reeens superpone. Si autem apstema fuerit magnum cave si fuerit in brachio ne solvatur brachium adinquirendo rupturam donec apostema dissolvatur. Si autem caro fuerit contusa necesse est ut medicetur ne canceretur. Sed si putrida fuerit, medicetur ut diximus in putredinibus. Si vero in ruptura ossium caro vulnerata fuerit et vulnus fuerit super arteriam aut venam multum effundens sanguinem, oportet fluxum sanguinis stringi cum hujusmodi ut est aloes incensum, sareocolla, sanguis draconis et cum similibus et jam dietis (271 A) aliis locis. Si autem vulnus fuerit maximum et non habuerit os fractum necesse est ut suas et superpenas pulverem unde sanari possit. Si vero in vulnere ossa fracta minuta crepitant et sonant, neque suas vulnus aut sanas sed apertum tene ut ossa intus fracta excutiantur ut dicimus in suo loco. Postquam vulnus ab ossibus ruptis fuerit mundificatum liga cum linteolo inferius et superius et super vulnus dimitte ut sit patens et leniter ligabis et quaque die solvas vel intermissis diebus et pone bombycium vetus super vulnus cum perspexeris pus esse imminutum et securus sis ne calidum apostema superveniat tunc utere unguento sanativo. Si autem os fractum altius steterit stude ut reducas ad locum naturalem ut equaliter locus consistat. Si autem ex neglegentia cure apostema natum fuerit stude donec sedetur de vulnere et dimitte interim ossa, postea dirige ossa. Si vero os super aliud steterit ut locus deformis appareat oportet dirigere cum artificio ferri nomine biram longum palmo uno et sit planum et grossum ne duplicitur et caput sit acutum et latum parum revolutum, ut ossa que sint impressa inferius possint relevari et que sunt elevata reclinari ut suis locis redditia sanentur et ligentur ut superius diximus. Si autem non possint adequari cum artificio supradicto secabis et propicies. Post sectionem dirige membranam et liga ut diximus.

Si autem vulnus fuerit maximum cum tantula et unguento curaribar ut mundetur a sanie et omni putredine et ita securae sanabis. Si autem videris vulnus non sanari et pus egredi ut caro fuerit mollis et non solida: scias propter ossa fracta hoc evenisse. Tunc necesse est iterum cum tantula plumbea inqiri ubi sint et inventis cum bursellis extrahe et tunc securus medicabis et prius sparsa pulvere sandali usque ad octo dies desuper carnem leniter ligabis linteolo ac sic de tertio in tertium diem mutabis vel V<sup>o</sup> vel VIII<sup>o</sup> donec cognoveris esse solidatum. Si vero fractura ossis fuerit in frustulis communia oportet omnes micas ossum que intus pungunt extrahere post dirigere et ligare ut

diximus in ossuum rupturis cum vulneribus. Sed si ossa fracta non conglutinantur et tempus preterit sanandi propter vetustatem oportet scire non posse sanari IIII or modis aut multa humiditate locum lubricum faciente aut quia infirmus sepe movet membrum aut ex ligaturis comprimentibus locum ne solidari possit aut ex nimia ciborum abstinentia ut membrum tenuerit non possit sanari aut lavatione nimia dissolvente et non permittente curari. Tunc necesse est ut prevideas ex qua occasione dietarum non possit sanari et cognitis studeas reformare. Preceipue si fuerit ex cibis tenuibus et paucis oportet post tertium diem rupture ut cibes infirmum vel post quartum diem excepto si non habuerit apostema. Quodsi habuerint sunt abstinendi a cibis. Si vero non apostema fuerit (271B) sed jam incipit membrum conglutinari oportet crossis uti cibis ut caro vitellina et venter et frumentum coctum et caro verbecum veterum et piscium viscosorum. Etenim viscositas ciborum prodest in conglutinatione ossium. Si autem negligentia ciborum fuerit ut membrum deficiens attenuetur oportet ablui aqua tepida et cibari viscosis cibis supradictis atque vino albo et crosso donec ossa sanentur et conglutinentur. Signum sanorum et infirmorum ossium si sanguinem super ligaturam videris scias sanari si fuerint sine vulnere et quia naturam bonam accumulavit materia unde sanatio sit et ideo per poros egreditur quod super ligature et sanguis esse videtur. Si autem super rupturam apparet iunctura vel ut nodus officit<sup>1)</sup> duobus modis turpe videtur et officium suum amittit. Sed si supersanatio recens fuerit oportet uti medicinis stringentibus et stricto ligamine stringi aut lamina plumbi. Si vero duritia nimia fuerit ut non dissolvatur oportet radi ferro ut duritia conrasa loca sint plana. ossaque sunt male aptata culpa medicorum aut culpa infirmi etius moventis ea quam debeat et ideo non sunt bene sanata: quidam dicunt iterum oportere requiri et disjungi que male iuncta vel incomposita sunt. At ego non laudo quia inde multotiens perit infirmus, sed oportet locum ungi adipe galline aut anseris vel medullis ossium. Multi immisceant daetilos contritos adipibus et ungunt et intermissio die levetur (sic) aqua tepida et oleo violato et iterum suaviter manibus frica locum. Si hoc non prederit pone super contusionem barbacem (sic) veterem involutum unge viridis raminis admixto butiro. Cum autem locus nudatus a carne compone si potes ossa suis locis. Post compositionem sanabis. Si vero caro dura fuerit et non mollificatur nec comeditur a medicinis supradictis, oportet cultro acuto incidi et tunc os dirigere ad locum. Sed in fuerit disjunctionem necesse est ut ambo latera extendantur et os revertatur ad locum suum et postea superponere medicamen quod stringat et ligamina convenientia at superiorius diximus. Universalem regulam convenientem omnibus rupturis ossium diximus operantibus et exercentibus artem. Nunc autem particulatum incipiám que convenit unicuique membro incipiens a capite.

#### De fractura genarum<sup>2)</sup>.

Ruptura ossis capitis alia simplex alia composita. Simplex ruptura sit in eutis fissura, et fissura ossis que neque interius neque superiorius exit vocatur greco voca-

<sup>1)</sup> Vielleicht zu lesen: efficitur.

<sup>2)</sup> Wiederum falsche Rubricatur.

bulo dami. Alia sit ruptura unde os elevatur sursum et vocatur angi. Si autem os penitus separatum vocatur eusthanatos. Invenitur et alias modis ruptionis, qui in multis comminuitur partibus et ita contusa permanent tamen ad panniculum usque (272 A) pervenient et greco vocabulo vocatur anchiasa. Fit et alias modis ruptionis ossis contorsi interius pertingens us (sic l. os) ad siphac et vocant greci yelsume. Est autem alias modus maximus in ruptione et tantum inferius rumpit ossa et vocatur a grecis meroxis. Quidam philosophorum medicorum addunt aliud modum qui est in os fissura tenuis velut pilus curvus in modum lune et fit invisibilis, aliquotiens vix cernitar. Si autem caro percussa fuerit et aperta et os incurvatur aut rugam fecerit, non vocatur ossis ruptura quia os non ruptum est sed parum duplicatum sicut videmus in vase plumbeo vel argenteo percusso super lapidem. Non enim rumpitur sed complicatur. Hoc enim fit duabus modis aut curvus in panniculo cerebri residens aut curvatur sine panniculi lesionе ut tactu. Hee enim sunt genera simplicium vulnerum capitis. Genera' vero compositi vulneris capitis sunt multis modis. sicut si frangatur cum uno ex istis matrix que dicitur timida aut apostema cum uno ex supradictis, sicut dicimus cum de eis insinuabimus. Sed cognitio unius enijsque vulneris capitis aut est unde vulneratur ut de ligno, lapide, ferro, casu et simili, unde vulnera accidunt aut ex molli vel duro percusso aut de virtute percutientis aut ex accidentibus que supervenient omni vulnerato sicut vertigo epylepsia vel loquela ablatio. hec enim accidentia supervenient vulnerato cum vulneris et os imprimet et supersedet matrem timidam aut cum ipsa mater parum vulneratur aut cum pressa ab osse vulneris capitis in osse interius cerebri non valens se mulare sed stricta immobilis permanet et alter cognoscitur. Si autem ruptura ossis illius fuerit parva oportet intromitti plumbeam testam inquirens. Sed si ob hoc non sis securus an ruptum sit intus aspice oculis si aliqua ruptura fuerit de supradictis ut diximus, supradictis signis cognosce. Si autem ruptura fuerit dama ut supra diximus est enim tenuis ut capillus oportet ut incaustum aut aliam tintetam in vulnera mittas. Fries ossa rupta ex ea tinteta cum manu vel digitis. Si autem os fuerit ruptum in sano mundat in fiso vel rupito tingitur et iterum oportet digito fortius frihari. in fissura ubi steterit tintura fortius cum digito frihari. Si mundatur a tintura non est penitus perforatum. Sin autem, sed fuerit funditus, ruptura non mundatur. Cum autem perceperis esse foratum inquire an sit lesa mater an sit iuncta ossibus an disiuncta. Cognitio autem cum sit lesa aut ex apostemate calido aut vertigine aut epylepsia aut ex parvo apostemate. Si ex parvo parum sentit, si ex maximo multum et cognoscitur ex humiditate exenti. Si autem humiditas fuerit parva et coeta scias siphac ab osse minime separari. Sed si habuerit febrem (272 B) aut nimius fuerit dolor et ossis color mutatus fuerit in viridem colorem aut pus egrediens fuerit tenue et non coetum scias pro certo matrem timidam ab osse separatam, oportet et sic sis festinus in medicando antequam vomitus colericus superveniat infirmo aut spasmus aut alienatio aut sincopis aut aenta febris. Si autem a qualibet istarum supradictarum molestatur infirmus, dimitte quia moritur. Sed si a nullis molestatur infirmus stude medicari. Si vero siphac fuerit separatum et os fuerit fissum oportet frihari cum ferro ab utraque parte ut vadat inde fissura

tota ex osse. Si autem ex fricatione vel rasura cultri non equatur quia inforatum est et ruptum os, oportet trahi cum artificio eum quo ossa trahuntur. Si autem siphac ob osse fuerit separatum et ab initio cum infirmo fueris, festinus ossa extrahe ante XIIII cimum diem et si tempus estivum fuerit ante VII dies. Si vero terminus supradictus preterit sepe supervenient accidentia et inde moritur. Cujus medicina talis fiat. Prius radatur caput et postea findatur cutis capitis cum novacula in modum  facta et excoriabis cutem ab osse capitis ut ossa bene appareant extrahenda. Sed si os videris non potest fluxum sanguinis<sup>1)</sup> linteolum infusum aqua et aceto superpone aut superpone linteum siccum. Si autem multis dolor fuerit eum nimio fluxu sanguinis, linteum infusum vino nigro pontico et oleo superpone et ligabis per unam noctem dimitens, in alio die solve. Si autem ex supradictis accidentiis minime habuerit ut vertigo epylensis, spasmus, stude in extrahendo rupta ossa et ne tardaveris ne rugatio facta tangat plam matrem. Oportet infirmum sedere et circumstantes homines eum teneant et aures ejus opilentur bombace et non intendat percussionem scalpelli cum os separatur ab osse et tunc solvatur pellis capitis rasa et circumligata, ut in locum suum revertatur et exterger locum et precipie ministris ut teneant pelle capitis a IIII or partibus et inquire in ruptura capitis et si ossis ruptura parva fuerit suspende a capite cum ferro facto in modum falcis. Si ossa rupta non sunt penitus metta ut separari possint cum scalpello facto rotundo eminens in circuitu ut non possit penitus transire foramen ossis ne pia tangatur mater et cum calpello in circuitum ossis percutre ut separetur ab osse. Hujusmodi ingenio incipe extrahe ab ampliori loco et extrahe. Si autem fuerit grossa ut in occipite cum verina que habeat nodum factum ut non possit amplius introire nisi quantum est ossis crassitudo et in circuitum ossis protunde in quantum tibi videtur velle de osse extrahi et sic cum scalpello post tensionem inter pertunsum et pertunsum recide os faciendo leviter et postea ossa ita reissa de vulnere cum bursellis evelles et mundabis vulnus. Si vero de incisione aliquid asperum senseris, fac planum radendo quod superfluum est et subtus pone zebeli lucidum quod colligat rasuram ne cadat super rasuram. Cum autem studiose feceris linteolum (273 A) infusum oleo rosaceo super vulnus pone et tunc pellis seissa in IIII or partes reduce super vulnus in locum unde separata fuerit et superpone linteum infusum oleo rosato et aceto, post sandalos tritos cum aqua rosata confectos aut aqua coriandri et sempervere, scariole et similium et superpone ne apostema calidum superveniat et fac bis in die infundere epythima supradicti sandalis cum oleo rosaceo et post tertium diem dissolve et exterger vulnus et tunc unge carnem creantibus curabas ac post super os pone desiccavitum palverem ut est aloes incensum et circumponere que prohibent fieri apostema ut superius diximus. Si autem bene intentus in hoc fueris optime scire poteris.

#### De fractura furcularum.

Aliquotiens apostema calidum accedit siphac pro incisione capitis ut videas elevari et ossa capitis exasperantur et in tumore sunt suspensa. Aliquotiens

<sup>1)</sup> Diese Stelle ist zweifellos lückenhaft; die Ergänzung liegt auf der Hand. Es ist wohl zu lesen: os videre non potes propter fluxum etc.

sequitur accidentia supradicta et inde moriuntur. Hoc apostema accedit duabus ex causis: ex osse seiso unde pungitur aut ex ligamine multum stricto aut ex multa comeditione aut ex multo frigore. Oportet cerebrum intueri. Si videris aliquam scissuram ossis extrahe. Sin autem sed fuerit pro ligamine stricto solvere oportet. Sed si de nimia fuerit comeditione, temperetur a cibis et utatur tenui eibo. Si autem fuerit a frigore linteum tepida aqua infusum superpone. At si apostema fuerit nimis calidum, sandalos rosas cum succo solatri circumponere. rursum oleum roseum tepefactum cum malva mellilota camomilla, lini semen senum greeum. Post hoc fac epithima de farina ordei et aqua tepida et oleo rosato et adipe galline et linteo in bis infuso fascia caput et collum et incies oleum viol. in auribus et nenufar vel ex uno istorum. Si autem virtus adest minime sanguinem de cephalica. postea dabis laxativum de cassia fistula et cibabis et de mercuriali apozemate. Oportet scire bene eum ossa capitis medentur ut diximus. Si autem panniculus cerebri fuerit lividus scias inde moritumur.<sup>1)</sup>

Oportet ut scias in summitate narium non posse fieri contusionem, quia summitas nasi non sit ex osse sed est cartillaginosa. Si autem contunditur vel rumpitur sit in medio vel superius. Si autem ossa naris rumpuntur vel contunduntur oportet in foramine naris immitti digitum et suspendere ossa contusa ut sint equalia. Vel si digitus nequit intromitti immittatur aliud ut plumbeum vel ericum vel aliquid factum ex panno ut suspendi possit et dirigi. Postea tantula lignea facta ad modum foraminis nasi et supervoluta bombace et intineta acacia vel in mummia quam hircorum mocam et agareni vocant et carta bombycina in eadem medicina intineta de foris fascia et hoc (273 B) paucis diebus fac quia cutis eatur ceteris contusionibus. Si autem flatus non recte recipitur per nasum in loquela turpiter sonet, tantula sit de calamo vel pinna pertunsa ut inde respirare possit donec ad pristinum revertatur. Noli negligere sed festinus stude in cito medicari quia si negligatur eito obturabitur et non postea curatur sed erit pansus. Si autem in latere torquetur in diversa nare lignum vel quartam (sic l. chartam) bombycianam desuper fasciatam cum colla pisium intromitte et torqueas donec nasus sit directus. De foris unige medicamen quod diximus in fracturis ossium quousque sanetur. Cum autem extrahe vis per cannulam immitte aquam tepidam ut mollifetur et extrahe possit.

Si ossa genarum fracta fuerint et non penitus rupta vel semota sint oportet ut scias an sit in dextro loco vel sinistro. Si in sinistro fuerit duos digitos dextre manus qui sunt proximi pollici intromitte et suspensi ossibus foris impinge. Manus vero sinistra plana extenta de foris juxta genua (sic l. genas) consistat ne ossa foris prosiliant, sed inter utramque confirmata suis redditia locis permaneant. Si autem in dextra ita ut diximus ex diverse facias et ut cognoscas si ossa sunt recte composita ad loca unde sunt egressa prius prospice dentes infirmi et cum stringuntur, si pariter se ad invicem conjunguntur sunt bene reformata. Sin autem non sed si maxille subteriores rupte fuerint

<sup>1)</sup> Von hier ab sind die für die Rubricatur freigelassenen Stellen vom Schreiber nicht ausgefüllt worden.

divise in duas partes habeas ministros circumstantes qui adjuvent te et si ossa rupta fuerint intra se commissa tu superius extrahe, socii vero sagaciter inferius extendant ut invicem conjungantur. Tunc habeas fila tenuissima auri vel argenti et ligabis ruptum eum dentibus. Dentes vero cum fila serico duplice et torto. Tunc autem cum medicamine solidativo extenso in linteolo medicabis et ligabis desuper ligamen quod descendet a collo circumdans eum et cinget genas et mentum ita ligatum. Tunc aliud ligamen descendens a capite subtus mentum cingens aliam ligaturam ex transverso a fronte in posteriori parte circumcingens ut zona. Si autem ut diximus nequit in suo loco consistere tunc oportet ferulam excavari ad instar maxillarum ut infra concavum ferule linteolum involvatur. In maxillis utrisque intromissis in concavo ferule ut diximus superius ligetur. Post medicamine sanativo posito et gene ita ligate precipe infirmo ut quietas permaneat et nil masticet nec locatur. Dieta sit sorbilis ut ius conditum, ius frumenti et amili. Post VII dies dissolve et vide si non bene est erectum. Sin autem iterum dirige et iunge (274 A). Seias enim in XC diebus esse solidationem maxillarum quia loens tener est et modulosus. Si autem apostema acciderit calidum, utere jam dictis superius ad hoc valentibus.<sup>1)</sup> Si ossa fureularum propinqua humeris fuerunt rupta ut pendent introrsum (?) leviter curantur. Si autem non ex toto disjuneta fuerint, difficilius et molestius quia ossa rupta et penitus disjuncta quoquemodo sanari et reiungi possunt. Que non separantur nequeunt ita reformari neque dirigi ut fuerant. Cum autem humerus cum osse fracto partim pependerit precipe sociis et extrahant et elevent sursum. Alii vero ex ministris teneant collum infirmi cum reliqua parte ossis rupti et extrahant ab humero et sic ad invicem reiungendo reformetur in locum suum. Magister autem hujus operis nil aliud faciat nisi quod precipiat ambobus ministris ut eaute et leniter trahant hinc et illine ut iterum iungatur ruptura iuncta ad se invicem sicut stetit cum sanus fuerat. Si autem ossa intermissa sunt cum iunguntur oportet magistro cum manu retroduci unā infra (intra) missum os et cum alia ex alia parte sive inferius sive superius reduci ut bene aptent. Si autem ita non potest dirigi et habet opus majorem extensionem, necesse est ut sub ascella globum tenet et sublevet humerum cum ascella et dirigat ossa. Si autem ossa conversa intus fuerint precipe ut supinus iaceat et pulvinar parvum sub spatula ponatur et ministri premant humerum ut tali modo possit elevari et dirigi. Si vero os scissum fuerit et non ruptum et pungit locum oportet carnem desuper findi et quod pungebat extrahi et unde illud tantillum ossis tollitur ne locus excisionis asper permaneat oportet radi et ad aquari ut lene fiat et ut diximus zebel i. e. de cortice testudinis marine tenuissime raso velut unguis et subtus ossa fracta stet et quod raditur vel limatur ab osse recipiat ut extrahatur ne intus in siphac veniat aut in pulmonem eadat et postea sue locum fissum et superpone solidantia et liga. Si apostema supervenerit antequam ligetur ungu oleo rosato. Sin autem, non, ligabis autem ita, globus lana sit sub ascella, prius ligabis locum cum humero, tunc fasciolam fasciabis sub ascella et reducens desuper humerum in eruce et ita post pectus capita fasciole superducens usque sub

<sup>1)</sup> Freigelassener Raum für den Rubricator.

ascaliam diverse partis ligabis et iterum ducens per eadem loca ligabis. Si autem rupturam ossis desuper consistens ligaveris, ligatio illius loci sit a superiori parte amplior et ita ligatum brachium replicatum ad humerum ad collum una ligatura in humero alio in brachio. Si autem ex osse fracto sursum suspendatur quod raro accidit, non oportet ligari ad (274 B) collum ut diximus, sed sufficit infirmo iacere supinum et cibabis eum tenui dicta et de tertio in tertium diem solvas ligamen rupture et superpone solidantia et sic custodiatur donec evadat. Sanitas hujus rupture erit unius mensis.<sup>1)</sup>

Spatularum ruptura non sit in latitudine ossis nisi in spina que sit in medio spatularum et aliquando rumpitur, aliquando finditur. Si autem intus rumpitur tactu dinoscitur et ex membro sibi juncto sentit paralismus et dolorem in spatulis. Si vero fissum fuerit cognoscitur locus asper cum tangitur. Si autem cognoveris esse fissum oportet ut superponas solidativa. Si autem rumpitur in minutis cognoscitur a puncturis ossium, scissuris et asperitatibus. Sed si locus scissure in punzione vel asperitate sentitur oportet findi et extrahi fragmenta ossium et sanantibus utere. Sin vero asperum nec pungitivum sentitur sed lesum vel contumsum, isdem medicaminibus sine incisione vel apertione impositis sanabis.

Aliquotiens ossa pectoris finduntur et intus contrahuntur. In teneritudine pectoris sit contusio. In fissura ossis pectoris cum intus contrahitur sentitur dum manus superponitur faciens gurgulationes in tortitudine ejus. Sed si ruptura sit in costis pectoris cognoscitur ex magno dolore et angustia et orthomia (orthopnoea) ut in pleuresi. Si autem expuerit sanguinem difficileius curatur. Oportet succurras isdem medicinis que supra diximus in fractis ossibus fureularum. Si autem ossa pectoris ex contusione vel ietu interius conversa ut sinus in modum sime sit, iaceat infirmus supinus habens pulvinar sub spatula contra ossa curvata et ita superiaeendo et lateraliter premendo et ministri spatulam deorsum premendo dirigiri possit et superpone solidativa et liga. Si autem costa intus curvata fuerit ligetur per longum a collo ab utraque parte. Ex transverso vero lana suecida cum his ligaturis suspende ne inferius descendat et ne dissolvatur lana que sit in transverso.

Ossa pectoris aliquando finduntur in omnibus partibus suis. Ossa vero diafragmatis non rumpuntur nisi prope spinam quia sunt cartilaginea intus prope spinam. Si vero sunt secca ut ossa et lata et ideo facilius rumpuntur. Cum autem fuerit fissum vel ruptum tactu sentitur quia locus sit asper vel concavus. Si vero penitus ruptum fuerit gurgulationem sentiet. Si autem foras eminet bene sentitur et etiam videtur. Intus autem conversa: febrem habebit et dolorem et punctionem, angustiam spiritus et sanguinis sputum ut in pleuresi. Cum autem rumpitur ut emineat sursum, leviter curatur. Sed si intus conversum fuerit non dirigitar. Cum foris ruptio eminens apparuerit, dirige (275 A) ut diximus et superpone sanativa et per longum quoque transverso ligabis. Quidam medicorum precipiant ut cibis crassis dietetur et inflationem facientibus quod sit satis. Quorum ratio frivola est et nullius proficiunt mihi quoque displicet quia stomachi inflatio non pertinet ossibus pectorum et propter aliud ubique

<sup>1)</sup> Rubricatur fehlt.

plenitudo nimia fuerit apostema generatur. Quidam precipiunt euffas superponere ut attrahens foris dirigat. Ratio istorum est melior nisi esset dubium in ventosis positis ne materiei multitudinem ibi aliunde trahat gravans membrum et retinens sub gravitate ne foris exeat. Sed melius est lauam succidam paucos oleo calido intactam superponere et cannulas et tabellas ut dirigi possit. Si autem punctura velut acus sensitur super diafragma oportet vindicare et submittere zebel ut elevari possit et habeas bursellas cum quibus ossa fracta vel scissa extrahebas et dirige locum ut alibi docuimus atque superpone medicamen creans et acereseens earnem . et si apostema supervenerit linteum oleo tepido infusum superpone et curetur sicut diximus in curatione calido apostematis atque super sanum latus iaceat.

Spondilia quoque rumpuntur et raro. Sepe tantum contunduntur et nucham aggravant, unde sit insensibilitas inferioris partis, etiam sepe inde moriuntur et maxime de spondili colli, unde si spasmum habuerit aut orthomiam vel paralysim aut alienationem non est evasurus . sed si a supradictis minime molestatur quoquomodo evadet. Finde locum et extrahe os contusum sive tractum. Si autem apostema supervenerit oportet ut diximus curare cum oleo tepido et aqua tepida et cum apozimate superius dicto. Cum autem os rectum in spondili lesum fuerit tactu cognoscitur. Similiter finde eundem loci illius et quod lesum est dirige vel extrahe et sue locum atque superpone sanativa vulneris ut alibi

Si ossa pectoris vel vicinorum locorum rumpuntur oportet digito per posteriorem inquirere intra ante vel retro sit ruptum. Si autem digito immisso cum insirmus pronus in terram steterit circum inquirendo inveneris, inventum firmiter tene et de foris manum comprime et ita illud dirige. Sic in ossibus pectoris in podice digito misso et super de foris sanativis utere. Si vero ossa interrupta fuerint retro ut in latere oportet findas cutem et extrahas os . sue ac sanantibus utere. Scissure rupture ossium facile tactu cognoscuntur. Si os lacerti frangitur vel rumpitur necesse est ut festines ad curandum hoc modo . extende superiorem partem superius et inferiorem inferius quousque intromissa sunt ossa erupta et coniungi atque dirigi valeant. Loco itaque directe superpone pannum cum solidativis et desuper cannulas vel tabellas aptatas in (275B) modum eratis et cum panno lato ligabis. Si ossa fuerint fracta prope humerum eleva lacertum ut dirigi et coniungi valeat et ligabis ut superius tamen ne fortiter stringas ut incurras apostema nec multum laxius fiat ut eenglutinari possit. Cannule etiam aut tabelle ne sint longiores quam oportet ne iuncturam humeri transeat vel iuncturas inferioris lacerti ne semper ita permaneant rigida et non valeant complicari aut inducat apostema calidum ex hac impeditione. Cum autem ruptura ossis fuerit in exteriori parte ligabis intus et ad collum. Si vero intus fuerit ruptum foris liga et ita ligatum per tertium diem dimitte. Post tertium diem solve et si recte steterit iterum ligabis superad-dito sanativo medicamine. Sin autem: dirige et religa. Oportet omni die solli-citus dissolvas et inquiras ne disiungatur aut culpa insirmi superiacentis aut negligientia artificis . quod destructum est studiose reforma et iterum liga et si ligatio laxatur, stringatur si nimium stricta fuerit laxetur. Si autem super-venerit apostema, proice tabellas . sufficit sola linteoli ligatura in vico violato

infusi et super asperge pulverem sandali, rose aut succi seariole et coriandri ut prohibeant materiam supereurrere. Cum autem apostema dissolutum fuerit securus religa tabellas et ligaturas ut supra precipiatur infirmo ne digitos vel manus moveat, semper supinus iaceat manus appensa collo ante vel retro ut ruptura ossis indicat et subter ventrem manum teneat et plumaceolum sub cubito prius dissolve de tertio in tertium diem usque in VII. post VII. non solvatur nisi de VII<sup>o</sup> in septimum diem vel amplius nisi aliquid contrarii obvietur ut est pruritus, dolor, ligature dissolutio. Tunc enim solvere convenit si non potest sustinere. Si enim sufferatur citius evadet. Si enim ut diximus facies de VII in VII. die donec solidum et firmum sit seias enim pro certo solidatio rupture ossis lacertorum nisi negligas erit in diebus XL paulo minus vel plus. Similiter coxarum et tibiarum hoc numero sanantur. Post XI. dierum revolutionem oportet dissolvere et in balneo mittere et aqua tepida lavare. Si vero post hos dies preteritos apostema calidum habuerit levi cibo utatur et si non habuerit apostema cum cibo grosso frigido et sicco nutriatur ut materia fiat similis membro ubi descendit ideo ut membrum cum hae materia ad suam convertatur complexionem quia materia ipsius est frigida et sicca, necesse est ut alia materia ibi descendens a quacunque parte corporis sit frigida et sicca.

Brachium est compositum duobus ossibus: uno grosso et alio tenui. Grossum subitus consistit, tenue vero super. Fractura ejus fit duobus modis (276 A) aut unus tantum rumpitur aut ambo insimul. Si autem utrumque rumpitur difficile curatur maxime si ambo insimul uno loco rumpantur. Si autem unius tantum ruptura sit cito curatur excepto eum majus rumpitur tarde curatur, superiorius vero cito, quia inferior sustentat illud. Oportet extendere brachium inferior et superior ut ad loca sua coniungi valcent. Si vero contunditur et gurgulatio vel borborismum sentitur si punctio sentitur oportet findere et lesa ossa que pungunt extrahere et postea sanantibus utere et cum linteolo infuso solidativis, sed non dissolvatur nisi de tertio in tertium diem nisi pruritus superveniat. Post VII dies de VII<sup>o</sup> in septimum diem, nutriat eum dicta grossa ut est caro nervosa et capita et frumentum coctum, semper pollicem regira retro ut ossa fracta reiungantur. Oportet si rumpantur foris ut pollicem foras velvas. Si vero intus ruptum fuerit pollicem intus regira. Si vero os quod est subterius grossum seil, ruptum fuerit ita dirigatur ut de osse superiori diximus, excepto quod immobilis permaneat nec digitos moveat ne ex motione materia aliunde supereurrat et omnis eura que in ossibus lacertorum diximus fiat excepto quod citius est istius eura que fit XXX diebus, postea dissolve balneabis et unguentis utere convenientibus.

Ossa in eratibus manuum et digitorum raro rumpuntur sed sepe contunduntur duabus ex causis: una quia concava sunt alia quia tenera sunt. Si autem contusio rupturam habuerit, oportet infirmus sedeat ante medicum et ponat infirmus manum extensam super scannum et ita manus artificis desuper palpando inquirat locum, donec inveniat os lesum et sic inter manus ministri et artificis manus infirmi extensa colloetur ut inter utramque ambo dirigendo reducant (ur) ad pristinum locum et post directionem ossium tabellam intus in plata manus extensa locabis et desuper medicamentum solidativum pone. Si autem es pollicis rumpitur oportet directo osse ligari eum propinquiori. Similiter

facies de ceteris digitis ut rupto uno et directo ligabis cum sano sine cannulis et tabellis quia sine eis a sano digito regetur.

Medicina rupture ossium coxe similis est rupture ossis lacerti. In hoc autem differt quia cum rumpitur os coxe aut exit ante et retro et sit ideo quia latitudo in eo consistit. Medicatur ita. Extendatur et dirigatur ut reiungi valeat et ligatio competens fiat eum cannulis et tabellis in circuitu. Ille autem fiat eum ruptum est in medio. Si vero juxta pectinem ruptum fuerit lanam terminatam aut bombacem pone (276 B) super pectinem in modum plumacioli et liga hec a superiori parte coxe cum fasciolis latis descendens circumligando in cruce ut ligatura se intromittat et sic descendat usque ad genu. Ante tamen quam ita ligetur oportet ut superius et inferius extendas et ita dirigas et reiungas et post ligabis ut supradiximus et cannulas circum. Si vero prope genu ruptura fuerit eum fasciola lata ligabis super rupturam ut dirigas prius rupturam et reiungas et dum ligatur ad terram infirmus pronus consistat. Si autem scissura ossis rupti fuerit que pungat oportet findas crueem et ex ente quod pungebat extrahere et liga et medeberis ut supra diximus.

Poplex (sic) et patella genuculi (sic) sunt tenerrima ossa et raro rumpuntur. Contunduntur enim sepe et vulnerantur et frinduntur superius. Aliquotiens fit cum vulnere aliquotiens sine vulnere. Quorum lesionem facile tactu cognoscimus cum crepitacione ossium vel gurgulatione. Oportet igitur ut extenso erure digitalisque circumpositis dirigas et informes quod dissipatum est et solidativa super impone ut superius diximus et ligabis ut non solvatur. Preceipe infirmo ut quietus permaneat ne ex motione resiliant quia facile ex ascensu et descensu resilient.

Ruptura ossium tibiarum similis est rupture ossis brachiorum quia utrumque est compositum ex duobus ossibus. Sed si ex toto tibia rumpitur tribus sit modis aut ante vel retro vel lateraliter. Si autem ruptura sit in osse majori quod in ante stat in summo erure retroplieatur. Si vero sit in subtilli quod stat retro plieatur ante. Cum autem rumpitur extende inferius et superius ut dirigendo reducatur in locum suum. Si ossa eruris vel tibiae ante consistentia sunt rupta infirmus supinus stet. Si autem poststantia ossa frangantur cubet in faciem et dirige ossa ut diximus et liga sicut dictum est in brachio cum fasciola uncia solidativis una volutio, alia sit cannulis et tabellis et super cannulam petiolam linei panni. Latera superliga equaliter. Sed si ruptura sit propinquia genu cannule ascendat super coxam. Si juxta eavillam, descendant usque ad calcaneum et sic per ordinem facies sicut in rupturis brachiorum et infirmus etiam similiiter se habeat.

Calcaneum non ex toto rumpi potest pro multis ligaminibus circumligatis. Si vero rumpitur eratis vel articuli digitorum pedum oportet simili modo mederi. Sicut diximus in eratis manuum.

Explicit in centesimo capitulo de rupturis. Incipit centesimum primum in disiunctione ossium et primo (277 A) de maxillis.

Disiunctione generum est quando egreditur a iunctura ubi volvitur quando ex toto non exit a loco motionis sed parum motio dicitur, ex separatione strangulatur. Nos vero primitus a disiunctione incipiemos. Ille raro accidit et nequit leviter dissipari duabus ex causis: una quia ossis iunctura illius loci os

super os sedet et sit duplex, alia quod nervi et ligature desuper consistant. Fit autem ex multa locutione locum humefacente unde lubricus fit et maxime accedit pueris. Non nimis operor laborare in dirigendo quia per semet ictu movendo revertitur. Cum autem penitus solvitur vel separatur, hoc modo cognoscitur: Dentes inferiores non concordant cum superioribus et vacillant cum premuntur manibus intus et foras et in iunctura ubi volvitur os capita foris videntur nec aperire possunt aut stringere buccam. Hec signa eum cognoveris scias certissime genas a suo loco egressas et dissolutas. Oportet sedeat ante te et preceipe ministris ut unus teneat caput illius alter vero maxillam sub mento et infirmus os aperiat quantum valet maneatque quietus, ministri vero commoveant maxillam hue et illuc ut ad loca sua valeat reverti. Artifex vero in ore infirmi digitum teneat et ita intus buccam ducendo per dentes et maxillam dirigat. Cum autem senserit loca aptata ad reiungendum mentum foris percute eum palma leviter ut saliat ad iuncturam sui loci at cum iunctum fuerit non aperiat buccam ne iterum resiliat et cum planta manus super iuncturam firmiter diu teneat. Si autem hoc modo dirigti non possit necesse est ut pannum infusum in aqua tepida et oleo violato superponas ut nervi mollescant et postea reiunge. Cognitio reversionis in loco suo cum dentes inferiores cum superioribus concordantur et convenient. Cum autem ita videris vel senseris concordasse fac pannum cum cera et oleo et superpone atque humili ligatura ligabis sicut diximus de dissolutione et medicina unius gene, sic precipimus fieri, cum ambabus contigerit excepto si ambo disiungantur insimil ne dilates ut inducas des sed festinus reiungas ne in aliud accidentis superveniat ut continua febris et malum capit, febres enim ideo patitur quia ossa a suis locis egressa nervos extendunt. Aliquotiens fit vomitus solutio et mortis incurso maxime in decimo moritur die.

Disiunctione fureularum nequit fieri in inferiori parte quia continetur intus cum costa et pro ligatura quam habet cum vicinis locis et ideo videtur non posse agitari vel commoveri intus vel foris hue et illuc excepto eum videmus percussum for. (277 B) titer vel vulneratum. Iunctura capitis ossis superioris iuncti humeri raro disiungitur quia capita fureularum sunt bicornia ideo prohibent disiunctionem et quia non sit magne motionis locus nisi cum trahitur spiritus vel flatus moveret et pausat eum retrahitur. Fureule enim sunt in homine et non in aliis animalibus. Sie autem disiungitur vel dissolvitur ex percussione vel easu aut aliter medicina erit ut studeas in reiungendo locum ut diximus in ruptura sui ipsius et superligare et plumaciolum impone sub ligatura et paragorize. Simili modo medicatur os qui subscdet humeris quia ligatio fureularum cum humeris fit et cum osse. Sepe in maero homine insciensentes putant hoc esse ossa disiunctionis et errant. Different quidem in disiunctione et coniunctione sani hominis licet maeri quia si loca inquiras invenies locum disiunctionis concavum.

Humeri caput separatum est a concavitate humeri. Sepe enim a suo loco egreditur, at tamen non sursum exit, quia prohibetur ab osse parvo ibi super consistente, nec in antea similiiter egreditur quia nervi et ligature vetant. Movetur tamen ante et retro sed motio parva est. Cadit enim sepe deorsum et maximi in maeris hominibus accidit in quibus leviter egreditur et leviter

reducitur. In pinguis (sic) hominibus contra quia difficile dissolvitur, diffusus et ligatur. Aliquotiens etiam in quibusdam ex percussione vel casu apostema vel tumor accedit putante medico esse dissolutum, sed hoc modo cognoscitur, si inferius exit et cadit oportet spoliare infirmum et utrumque inspicere humerum statimque videbis in compositione, si differat a sano scias esse disiunctum et videbis locum esse vacuum unde os exivit et in culmine humeri similiter dinoscitur quia acutum erit et sub ascella invenies quasi ovum et aliter. Manus enim non plicabit ad eostam sed si plicet cum dolore faciet neque levabit ad aurem neque aliter eam solito more movebit. Si autem in pueris aut in infantibus fiat non erit magnus labor artifici quia in suspensione et elevatione lacertorum reiungitur. Ipse vero puer si fuerit tante scientie quod manu sua dirigat cito sanabitur. Si autem hoc facere puer nesciet fiat ab artifice quia sieut precepit ypoeras in epidymia, ego etiam sic sepe leviter feci post unum diem aut post duos dies. Si vero solutio sit maxima et multorum dierum necesse est balneari et super humerum infundere aquam calidam et oleum, postea supinum extendere et pilam lane ant corii mittere sub titillum, pila vero non multum dura vel mollis (sit) et sedeat artifex a latere infirmi contra (278A) faciem. Si dissolutione sit sinistri humeri pes artificis sinister ponatur super pilam et manus sinistra infirmi apprehensa cum manu sinistra artificis fortiter trahatur, infingendo pedem super pilam in titello positam. Sociis precipiat ut ossa in locum suum aptentur premendo humerum deorsum cum artifex impulit ex inferiori parte et manus in foreulis teneat ut iungi valeat. Infirmo precipe, ne se meaveat aliter etiam medicetur. Homo longior stature infirmi stet a latere suo. Infirmus vero manum super ventrem plicatam teneat firmam. Tunc aliquis sanus humerum suum sub titillo illius mutat et suspendat sursum, ut infirmus stet parum post eum quasi ab illo portetur et ita suspensus aliquantulum portetur et si levis fuerit aliquod pondus ad crura ligetur. Quidam vero medici adhuc aliter medicantur cum artificio dusiege i. e. palum ligneum in capite habens malum tornatile longior statuta infirmi palmis duobus et sic sub titillo manum illius pali pone, aliud caput pali in terra sigatur et manus et brachia infirmi extende iuxta palum et suspendatur palo consistente juxta latus infirmi. Aliquotiens sit cum scalae superiori scalone (si) sub titillo pedes pendeat, tamen necesse est in scalam habere plumatum sub titillo ne caro ledatur. Si autem ex hoc artificio non reiungitur vel quia tempus longius preferri vel quia caro subtravit oportet palum habere longum duobus brachiis habens digitos IIII in latitudine, in altitudine vero digitos duos habentem in summo malum acutum ut ovum. Postea in malo pannum pene mollem et figas palum supersealat. Infirmus vero aseendat scalum et sub titillo supra dictum palum teneat, pedes vero exeat a scalonibus et ita suspensus in aere teneat. quidam vero brachium deorsum trahat iuxta palum, cum ita fecerit, certus eris reiungi. Deinde globum lane sub titillo pone et impositis solidativis ligabis desuper globum et medicinas solidativas, facies ligaturam continentem humerum et globum per transversum ad alium titillum postea super titillum iuxta latus applicatum ligabis et iterum brachium ad collum ligabis plicatum fortiter firmiter, post dies VII solve et in VII diebus tenui dieta utatur, post VII crossiorem. Si apostema supervenerit

aqua calida et diximus oeoque tepido lavabis. Pueris autem pro nimia humiditate atque tenuitate ita medebitur. Sed si ita puer nascitur vel sepe dissolvitur, vocator titillus mustellinus et sit ex mala complexione. Similiter sit in anchis et siccantur et tabidi sunt et moriuntur et non sanantur (278B).

Ossa cubitorum sunt duo vacua intus velut canna ei commissure eorum sunt diverse, una enim inferius et alia superius atque una longior altera ideoque difficile sunt ad curam, quia disiunctio est gravis et coniunctio mollis, uno, quia ossa duo sunt et non sunt uno modo coniuncte, alio, quia panniculi et museuli multi et panniculi aliquotiens moventur de suo loco et nec exit nec disiungitur ex toto. Aliquotiens penitus motio illius loci sit multiformis maxime dissolvitur ante et retro. Cognitio ejus est patens et levis in videndo tangendo quia locus unde exierit est vacuus et concavus maximeque cognoscitur iunctio et distentis brachiis ambobus insimul, ubi discordantia sunt, ibi erit disiunctio. Si aliquo casu accidat dissolutionem fieri cubiti reconciliabis antequam apostema superveniat, quia si supervenerit molestum erit et raro evadit et maxime cum dissolutione erit posterius, quia disiunctio inferioris cubiti retro facta est difficile et molestior ceteris dissolutionibus. Si autem motio ipsius loci parva fuerit parva distensione iungitur ita. Preceipe sociis ut cum infirmus brachium extenderit et simul manus, unus teneat brachium deorsum, alias vero teneat humerum illius sursum et interim artifex in coniunctione ubi exilivit cum planta manus percutiat. Scias enim quia in ipsa percussione palme revocabitur in suum locum. Ypoeras in dissolutione inferioris vel superioris ossis faciebat extendere manum infirmi cum brachio et sic replicare iubebat ad humerum. Retro vero parvam extensionem iubet ideo scilicet quia extensio superioris ossis brachii cum disiungitur procelatur ante, ideoque jubet ut retro repliceat quia ante extenditur ex dissolutione ossis subterioris sit, cum plicatur ad caput ideo convenit et iubet ut extendas brachium et in extensione conciliabitur. Si autem ideo nequit iungi oportet facere illud quod ypoeras precepit, ut super tabellam brachium ligetur in duabus locis et habens subtus tabellam plumacioles duos inter utramque ligaturam et sursum et deorsum artifex vel minister trahat, donec directum sit.

Dissolutio manuum facile cognoscitur tactu et visu. Iunetis insimul manus a sana cognoscitur infirma. Facile medetur hoc modo scilicet manu extensa infirmi artifex dirigat et nodum caville manus stringat atque iubeat infirmo claudere manum postea solidativis impositis ligetur ut moris est.

Si disiunctio accidat spondilibus cito mortem infert, maxime in collis spondili quia medulla que nuca vocatur (279A) veniens a cerebro stricta pondere spondilibus nequit ferre sensus ceteris membris. Ideo moritur et non solum ita pressa et gravata sed etiam si aliquod impedimentum spondilibus evenierit nervus ligans ea amittit sensum et spasmus ac tetanum facit de suo loco ut sepe accedit et motio illius sit ante a grecis vocatur arclosis. Si vero retro movetur sit gibbus et ita vocatur. Sed si dorsa curvatur ante, ut proni fiant et non possint recto dorso incedere a grecis dicitor schirosis. Quidam stulti medici affirmant hoc accidere ex motione spondilibus, quod falsum est quia si spondile motum esset et exisset a suo loco homo esset turtior (curvior) et moreretur. Si autem spondile interioris convertitur incurabile sit, quia nullo

ingenio revolvetur neque dirigetur. Sed multi fuerunt medici qui ingeniani sunt mederi hujusmodi patientem ligantes eum in scala et pedes extendentibus dederunt, que obtarmica<sup>1)</sup> et medicamina tussim provocantia et cibos inflativos, cussas etiam superposuerunt et nihil profuit. Galenus redarguit eos in libro ingenii sanitatis. Aliquotiens ossa erecta in medio spondili rumpuntur, unde locus vaetus remanet. Quidam medici ignorantes dicunt ossa esse mota ante et ideo eito curantur, quorum opinio falsa est, quia infirmitas est incurabilis, urinare enim non posset nec egerere, infrigidantur extremitates et mors subsequitur, quia nervi ab eo exentes ad vesicam et anum tendunt et cum eis ligantur. Nervi vero insensibiles facti necessario anus et vesica sunt insensibiles maxime si fuerint de proximioribus cerebri. Si autem fuerit gibbus et accidit casu oportet mederi sicut Galenus precepit. Egradiente infirmo de balneo aque tepide collocetur in tabella lata et longa ad mensuram corporis illius cubans super eam tamen ne spiritus anxius fiat vel impeditus, habeat sub pectore plumaceolum deinde ligabis eum super tabulam. In dorso vero alia ponatur lata tribus digitis et duobus grossa, cuius caput submittas ligatura infirmi que circumdat infirmum ligatum cum tabula et precipe ministro ut tabula ubi infirmus cubat suspendatur a capite infirmi insimul cum eo et artifex tabellam parvam quam diximus manu premat suaviter et cum alia manu subtus tabellam ducat ut ossa dirigantur. Item super eandem tabellam in qua iacet ligetur in manibus<sup>2)</sup> et coxis et capita ligature sint imposita ad tabellam que est supra dorsum. Si autem videris loca non esse plana nec ossa ad sua loca regressa, si juvenis fuerit, vel fortis sede super tabellam indubitanter et ita premendo reconciliabitur. Sic vero puer aut debilis fuerit, cum palma premendo reocabis. Quidam medici laudant fieri hoc in curvatione dorsi supradicta que dicitur ardesi, alii utuntur artificio zasu quod est columpnna quadrata longa ad mensuram hominis (279B) in terra fixa ut firma sit. Ad eujus alia tabella tantundem longa ligetur hoc modo ut possit replicari ad columpnam in modum gramule maxille. Infirus de balneo exiens inter utramque rectus locetur complectens rectam columpnam. Artifex vero per dorsum manus ducat et ossa dirigat. Minister autem tabellam in dorso premendo liget aut in ligno aut in muro hoc facias. Ypoeras docet unum artificium ad curandum et maxime in curvis. Cum autem spondile directum fuerit tabellam latam tribus digitis super ligabis ita tantum ut locum lesum transeat inferius et superius et ubi locus sanus est ligetur ab utroque capite nec dissolvatur per VIII continuos dies nisi pro accidentibus supradictis. Ligatione soluta solidativis utere de VII in VII dies et tamen tabella longa tempore super dorsum ligata consistat cibisque utatur temperativis et parum grossis. Si autem de gibbo aliquid remanserit utere unguentis dissolutivis tabellam tamen nec dissolvias. Quidam medici laminam plumbi apponunt et sufficiet.

In omnibus locis corporum sit motio vel disiunctio ossium, sed in humeris et in coxis sepius quam in ecteris et in coxis potius quam in humeris, quia

1) Ptarmica = Niesmittel.

2) Die Schrift ist hier so undeutlich, dass auch pedibus gelesen werden kann.

iuncture ossium eoxarum unum nimium est concavum ubi volvitur aliud multum rotundum. Quando ergo rotundum a suo loco egreditur sit multis modis aut ex maxima infirmitate aut easu, saltu et similibus et IIIor modis dissolvitur aut foris exit aut intus aut ante vel retro. Exire a loco suo ante raro accidit, retro vero sepius. Si autem intus exit, cognoscitur adjuneto pede infirmo cum sano et cruribus extensis infirmum latus exit longius sano nec infirmus ad terram se regirare valebit et invenies super pectinem eam tetigeris quasi apostema, cum apostema non sit. Erit enim rotundum ossis quod exivit a suo loco. Si vero foras exit cognoscitur ex contrariis signis quia junctis pedibus et cruribus extensis infirmum latus turcius (curtius) erit sano in pectine concavum et in ancha montuosum erit et elevatum et genu versum ex transverso nec poterit crux replicare. Si autem in ante exit infirmus potest extendere crux nec ex toto. Cum autem recolligit in se sit molestum in inguine nec incedere poterit, urina refineatur, in inguine nascitur apostema et venter illius erit rugosum cum diminutione carnis. Cum vult incedere nequit figere pedem in terra ac si foris egreditur non poterit genu extendere nec plicare et crux erit curtius altero. caro inguinis pendebit super ventrem et circa (280 A) ventrem invenies caput ossis. Si autem hec passio accidit in pueris et moratur incurabilis erit. Sed si festinanter succurratur sicut diximus in disjunctione humeri liberabitur. Ita et in ecteris heminibus: dilatatio hujus infirmitatis est pessima in omnibus etiatis, quia post inducias non sanantur. Universalis medela est sicut dixit ypoeras. Oportet ut homo iaceat super tabulam et crux cum pede agitat huc et illic donec revertatur in locum suum. Si autem motio sit in ante necesse est ut artifex manum premat super inguinem infirmi. Ministri vero crux cum pede elevent verso ventre ut ingredi valeat. Si vero ita non reiungitur precipe ministris teneant eoxam cum genu et alii teneant corpus firmum. Interim liga eoxam ligamine ut non offendas membrum. Ligamen vero habeat duo capita et ministri teneant ea diversis partibus istine et illine. Corpus vero suspensum eeteri teneant sursum et sic facile revertitur in suum locum. Hee enim medicina est convenientis IIIor modis dissolutioni eoxarum et ancharum, preter superioris dietum est alias modus. Si motio sit intus ligabis eum ante et retro in loco ubi coxae cum nativa plicatur. Capita ligature duo sint ante et ministri duo teneant illa sursum ad caput infirmi extensis ligaminibus. Quidam vero qui sit fortis et virtuosus manibus utrquis amplexetur eoxam. Illi trahant ligamina sursum et iste teneat firmiter eoxam deorsum donec ingredietur in locum suum. Medicina hec et artificium eeteris est utilius.

Dissolutio geniculi sit tribus modis aut intus dissolvitur aut foris aut retro. In antea vero nequit exire pro patella genuculi superposita que est quasi ligamentum. Hujus dissolutio visu et tacto dinoscitur. Itaque oportet ut medetur sicut diximus in ancha et coxa cum ligaturis ejusdem et ingenio donec reconcilietur, postea solidativis utere et ligaturis competentibus.


Cum calcaneum a suo loco parum movetur facile revertitur. Oportet autem si ex toto exierit multum superioris et inferioris extendi et difficulter iungitur. Oportet prius incipi a manuali extensione et si ideo non revertitur iube infirmum iacere supinum et palum ligneum in terra fixum inter coxas usque ad anum teneat

ne deorsum veniat cum extenditur a ministris. Si autem, habens artificium quod Gal. iussit quod est palum in tabella firmiter fixum in qua infirmus supinus iaceat, palum vero inter coxas ut diximus iuxta anum teneat et ministri calcaneum deorsum teneant. Crus vero artifex superius et utrasque cavillas (280B) teneat ut dirigat atque ministri agitent hue et illuc dum trahunt ut ad loca consueta reverti valeat. Postquam vero directum fuerit solidativis utere et ligabis fortiter. Ligatio ejus fiat super flocera pedis tenens a medio erate usque ad pedem. Retro vero in calcaneo leviter ligabis ne nervi ledantur et preeipe ne se commoveat ad incedendum per dies XL quia cito resiliet et cassa erit laboratio prima. Si autem motio sit ex saltu quod sepe accidit preceipe infirmo ut iaceat cubans super ventrem et liga calcaneum et dirige atque immobilis permaneat. Si vero apostema calidum supervenerit medicetur ut diximus cum aqua tepida et oleo calido et liga. At si in digitis pedum dissolutio venerit leviter curatur scilicet sicut diximus in digitis manuum. Sed necesse est sicut diximus in omni dissolutionum genere si duricia remanserit ut non neglegas sed studeas cum unguentis mollientibus et mitigantibus quia in aliqua remanscrit duricia impedimentum erit membro ut nequeat officium solitum peragere.

Si in quocunque loco dissolutio sit cum vulnero necesse est ut plane et suaviter medicetur quia sepe inde homo moritur nisi suaviter et leniter reiungatur. Ex multo enim dolore nervi calidum apostema patiuntur unde moriantur vel museuli qui sunt cum membro ligati ex multa distensione acutam patiuntur febrem et inde moriuntur maxime in cubitis et genibus. Dissolutio vero membris proximis fortius patiuntur remotis vero remissius. Ypoeras prohibet dissolutum regredi donec apostema habuerit nec non et artius ligari atque pubet in principio medicari mitigativis et prohibet dolorem ne dolori dolor iungatur unde infirmus periclitetur. Cum autem dieta ypoeratis secutus fueris medicando eum mitigativis et dolorem sedantibus et prohibentibus tunc securus si fieri potest redire illud in locum suum. Si autem dolor apostematis supervenientis minime fuerit sedatus ut impedit in solidatione et reiunctione dimittatur quoad usque apostema evanescat et dolor quiescat. Dissolutio calidi apostematis erit in VIII<sup>o</sup> diebus. Si vero vulnero sit cum disiunctione necesse est medicetur sicut diximus retro in rupturis ossium cum vulnero. Sed si ruptura ossium cum dissolutione sine vulnero fuerit oportet extendi et dirigiri soluta et fracta simul. Si vero sit dissolutio cum ruptura et vulnero tunc oportet fieri medicamentum compositum ex tribus i. e. ut valeat reiungere dissoluta et rupta possint redintegrari et vulnerata sanari.

Explicit nona particula de libro II<sup>o</sup> pantegni.

Figur 6a.



Figur 8.

